TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1526_IV**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

M.S.S. 1526/IV.

Metafisica

IV

I. Metaphysik.

Prolegomena.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

In Metaphysicam

Prolegomena

Metaphysica definiri potest scientia entis in genere, et substantiarum incorporearum, quatenus naturae lumine cognosci possunt. Metaphysica enim circa ens generatim acceptum, ejusque affectiones per mentem abstractas, speciatim vero circa substantias spirituales, cujusmodi est Deus et anima humana, tota versatur. Quid Metaphysica? 1.

Metaphysica nomen habet a duobus vocabulis graecis meta supra, et physis idest natura; quia scilicet de rebus supra naturam corpoream positis, et ab omni materia segregatis disserit. Nomen hoc antiquis Philosophis plane incognitum, ab Alexandro Aphrodisaeo, et Joanne Philopono interpretibus Aristotelis primo usurpatum fuisse traditur. Hoc autem nomine illa Aristotelis opera inscripta fuere, quae in terram defossa post illius obitum, ibique non parum vitiata reperta sunt: cum scilicet minus cohaerentia inter se magisque abstrusa, neque ad certam materiarum classem commode revocari posse viderentur, a Tyrannione grammatico, et Andronico quodam Rhodio Metaphysica vocata fuere, quasi Physicis adjicienda, sive post Physicam collocanda. Scholion.

Metaphysica tres in partes commode distribui posse videtur. Namque prima Ontologia vocatur, quae de Ente agit, illiusque proprietatibus, et modis universim acceptis, adeoque de iis, quae ~~[illegible]~~ per solam mentis cogitationem a materia sejunguntur. Altera Theologia naturalis dicitur, quae circa Dei existentiam, illiusque proprietates versatur. Tertia denique Psychologia nominatur, in qua ea explicantur, quae animorum propria sunt. Ontologia a nonnullis Metaphysica generalis dici solet. Theologia vero, et Psychologia Metaphysica specialis, sive Pneumatologia appellatur. Sunt qui Metaphysicae 4. addant partem, quam Cosmologiam nominant, in eaque exponunt notiones,
universitas communes habet cum aliis mundis, qui
quas hic passim procreari possunt. Nos partem hanc distincte pertractandam Quae illius partes? 2.

Jam

dam esse non duximus; nonnulla tamen, quæ in illa notatu digna occurrerunt, partim in Metaphysica, partim in Physica prout opportunum videbitur attingemus.

Quis usus? 3. Metaphysicæ usum, et utilitatem maximam esse jam nemini ignotum, et sane ad scientias omnes alias in quibus aliquis ratiocinio locus est, facilius, et solidius condiscendas plurimum confert: in Physicis certe, in moralibus, in Theologia, quæ sublimiora scrutatur mysteria, in jurisprudentia sine metaphysicis principiis nihil recte accipi, neque magnum fieri progressionem posse in comperto est. Disciplinæ siquidem istæ animum in principiis generalibus, notionibusque universalibus entis, substantiæ, accidentis &c; tum specialibus spiritualitatis videlicet, immortalitatis, ac libertatis animæ humanæ, existentiæ denique, ac providentiæ divinæ, ideis imbutum requirunt. Quare universim sine metaphysicæ adjumento nemo illarum profundiorem solidamque cognitionem sibi comparabit.

In primam Metaphysicæ partem, sive Ontologiam.

Prolegomena.

Quid Ontologia? 4. Ontologia, si nominis ratio habeatur, entis doctrinam significat: quare definiri potest scientia entis in genere: versatur enim illa circa entis naturam, ejus attributa, quæ intime illud constituunt, circa generales illius affectiones, tum circa extrinseca principia, hoc est causas entium generatim sumptas. Prima quoque Philosophia dicta est, sive quod cæteris Philosophiæ partibus sublimior sit, sive quod principia, quibus cæterarum disciplinarum veritates innituntur, illa una exhibeat, atque demonstrat.

Quæ illius utilitas? 5. Ontologiam maxime utilem esse, jam ex ipsa definitione quisque intelligit. Quis enim difficilioribus in quæ a subtilioribus Metaphysicis pertractantur de

earum

essentia, existentia, attributis, de necessario et contingente, de finito et infinito, de simplici, et composito, in rebus Theologicis, et aliis profecto multum disciplinis, maxime valere. Hinc merito vir doctissimus P. Nicolaus Concina fundamenta juris naturae et gentium expendens oratione habita in Gymnasio Patavino an. 1734. Speramus autem, inquit, tandem aliquando factum iri, ut nostrates quoque juvenes resipiscant et non modo amoeniorum literarum, et eruditionis sed etiam scientiarum amorem flagrantes, summam videant ad omnia prorsus genera doctrinarum, Ontologiae, sive Philosophiae primae, atque universalis necessitatem; quemadmodum eam perviderunt Transalpini, et pauci quidam Itali sapientiores. Sed haec pro Ontologiae laude sufficiant; ad rerum illius capita propius accedamus.

Caput I.

De primis cognitionis humanae principiis.

Nomine principiorum cognitionis humanae intelligimus axiomata, a quibus velut perspicuis veritatibus ad aliarum veritatum cognitionem deducimur; ac proinde per quae reliquas veritates demonstrare solemus. Talia sunt ex. gr. non potest idem simul esse, et non esse. Totum est majus sua parte. &c.

Quid humanae cognitionis principia? 6.

Inter humanae cognitionis principia primum dicitur enunciatum, ad quod tanquam ultimum tribunal omnis humanae cognitionis veritas exigitur, et in quo tanquam fundamento innititur. Quoniam vero veritates demonstrandae vel necessariae sint, vel contingentes, hinc duo principia constituimus, alterum nitiant veritatem necessariarum, alterum contingentium: illud principium contradictionis, hoc principium rationis sufficientis nominatur. Porro contradictionis principium a Philosophis intelligitur effatum illud: non potest idem simul esse, et non esse. Principium autem rationis sufficientis hoc alterum: nihil est sine ratione sufficiente.

Quid principium primum, et quotuplex? 7.

Primi humanae cognitionis principii proprietates sunt: primum, ut veritas ejus-

Quae illius proprietates?

dem

tert.

8. dem sit omnino perspicua, ita ut a quovis suo intellectu facillime pervideatur. 2do ut illius veritas ex alio principio deduci, ac demonstrari nequeat; proindeque debet esse primum inter principia, ita ut ejus veritate nondum stabilita omnia reliqua principia nutent. 3tio ut omnis veritas per illud demonstrari possit, hoc est ejusmodi sit oportet, ad quod reliqua omnia axiomata reduci queant, ita nimirum, ut si axioma quodpiam pertinax adversarius rejicere audeat, eum ope hujus principii indirecta demonstratione convincere, seu ad absurdum aliquod manifestum deducere possimus. His praemissis statuimus primo.

1. Propositio prima.

9. Principium contradictionis, non potest idem simul esse, et non esse, est primum humanae cognitionis principium.

Prob. Allatum principium habet tres omnes, primi humanae cognitionis principii proprietates: ergo est primum q. Ant. prob. per partes. Et primo quidem principium illud certissimum, ac evidentissimum est; quicunque enim sana mente utitur, facile intelligit fieri nequaquam posse, ut idem simul sit, et non sit. Est deinde ejusmodi, ut per aliud demonstrari non possit. Quidquid enim demonstratur, id a prioribus, magisque notis principiis deducitur; sed hoc principium a prioribus magisque notis principiis deduci non potest: nondum enim principio contradictionis constituto, quodcunque aliud ponamus, illud eodem momento possumus falsum, quo verum esse ponatur, atque adeo firma illi veritas non constabit: ergo principium hoc a prioribus magisque notis principiis deduci non potest, proindeque per aliud demonstrari nequit. 3tio denique contradictionis principium ejusmodi est, ad quod reliquae omnes veritates reduci queant; eo quippe principio in dubium revocato, quidquid unquam in compertis habemus nutabit, cum fieri possit, ut idem sit, et non sit. Quare si axioma quodpiam pertinax adversarius rejiciat, principii hujus ope ad manifestum absurdum admittendum deducere possumus. Est ergo ejusmodi, ut omnis ve-

ritas

tur per illud alterum demonstratur.

Illud non est primum principium, quod rationem suae veritatis in alio habet: sed principium contradictionis rationem suae veritatis in alio habet, nempe in evidentia. nam si quaeratur cur verum sit, respondetur, quia est evidens: ergo. — Objectio prima. 10.

Distinguo maj. Illud non est primum principium, quod rationem suae veritatis in alio ut principio habeat, conc. maj. in alio ut principiorum fonte, nego maj. et cont. distincta min. nego consequentiam. Cum quaerimus primum demonstrationis principium, quaerimus propositionem quae in ordine omnium propositionum evidentium prima sit, quaeque alio per nullam antecedentem demonstrari possit, omnibus tamen aliis demonstrandis inserviat. Lumen autem rationis, seu evidentia non est propositio, aut effatum aliquod; sed ipse fons omnium principiorum. Sic qui Adamum primum fuisse ait, nemo contendit primum fuisse inter homines, non vero inter creata omnia, quorum plurima ante Adamum condita sunt. Patet igitur haec duo optime secum consistere: ut principium contradictionis, et primum sit in ordine omnium principiorum, seu enuntiationum evidentium, et rationem suae veritatis in evidentia, tamquam communi principiorum fonte, agnoscat. — Responsio.

At notat principium contradictionis deduci posse ex hoc alio tamquam principio: quidquid perspicuum est verum est. Ergo. — Instantia

Respondemus tamen, contradictionis principium ex altero isthoc principio minime demonstrari posse. Namque principium hoc: quidquid perspicuum est verum est vel jam supponit veritatem principii contradictionis, vel non. Si primum, jam principium nostrum per hoc alterum non demonstratur; si alterum, principium aliud: quidquid perspicuum est verum est, eadem ratione fiet, quae omnes dici potest; proindeque iterum ex eo contradictionis principium non demonstratur. Atque ideo, nos ideo de veritate principii contradictionis certos esse, quia id quod perspicuum est, verum esse debet; quia scilicet postquam illi- — Responsio

us

eo perspicuitatem percepimus ad hoc alterum effatum reflectimus: quodquid perspicuum est verum est, ac quia principii contradictionis veritas sua perspicuitate nobis manifestat, quia mens nostra ad aliquod aliud effatum reflectere debeat.

Objectio secunda 11. Enunciatio negativa non servit ad veritates affirmativas demonstrandas; sed principium contradictionis est enunciatio negativa: ergo principium contradictionis ad veritates affirmativas demonstrandas non servit, proindeque nec ad omnes veritates

Responsio Distinguo maj. Non servit ad veritates affirmativas demonstrandas directe transmitto maj. neque indirecte, deducendo nempe adversarium ad absurdum nego maj. et concessa min. distinguo consequens ut maj. Sufficit autem rationem principii, ut ejus ope omnes veritates saltem indirecte demonstrari possint. Hac enim ratione, et me ipsum in veritate inquirenda, et adversarium quemlibet pertinacem in ea communicanda convincendum illum eo adigo, ut vel dicta retractet, vel quod sibi manifeste contradicat transmitto autem minoris partem; nam universim loquendo falsum est nullam unquam ~~veritatem affirm~~ affirmativam per ~~enunciationem negativam~~ directe demonstrari posse: proinde certum est, nec unam praemissarum in syllogismis directam demonstrationem ingredientium negativa sit, nec utraque affirmativa.

Objectio tertia 12 Principium contradictionis ex principio exclusi medii; nempe hoc: quodlibet est, vel non est infertur: ergo non est primum

Responsio Distinguo ant. Principium contradictionis, et hoc enim quod posita veritate unius ponatur etiam veritas alterius, con. ant. hoc enim quod per illud demonstretur nego ant. et consequentiam. Illatio demonstrationis enim in praesenti casu fieri nequaquam potest, quin circulus vitiosus committatur; Ut enim principium contra-

contradictionis ex principio exclusi medii demonstratur, debuit illud esse verum a-
nimi; jam vero nondum praestituto contradictionis principio nulla propositio ve-
ra dici potest, ut in conclusionis probatione ostensum est. Praesupponendum est
igitur principium contradictionis, quod deinde in consequente infertur, quod
manifestum est circuli vitium.

Principium exclusi medii prius est principio contradictionis: ergo hoc per illud demonstrandum. Ant. prob. Propositio pura prior est propositione modali: sed principium exclusi medii est propositio pura; principium vero contradictionis est propositio modalis: ergo &c. — *Instantia.*

Distinguo ant. Principium exclusi medii prius est principio contradictionis ratione duntaxat propositionis con. ant. in ratione etiam principii nego ant. et consequentiam. Eadem distinctio applicari debet etiam majori propositioni subsequentis syllogismi. Duplici hoc loco utrumque hoc principium spectari potest, primo ut est duntaxat propositio aliqua constans subjecto, praedicato, et copula; deinde ut est enunciatio serviens ad demonstrandas alias, seu ut est aliarum principium. Jam vero etsi principium exclusi medii sit prius principio contradictionis in ratione propositionis, cum hoc sit propositio modalis; illud vero propositio pura, et nostram mentem cogitatione prius sit non esse, quam certo modo esse; non tamen hoc ergo principium exclusi medii prius est principio contradictionis in ratione principii, cum hoc per illud demonstrari non possit. Principium ergo a nobis stabilitum omnium primum manet, licet sit propositio quaedam modalis. — *Responsio.*

Hactenus de humanae cognitionis principio omnium primo dictum est; de eo nunc mus, ad quod omnes veritates contingentes ultimo reducuntur, sive de principio rationis sufficientis. Est autem generatim ratio sufficiens id, ex quo intelligi potest, cur aliquid sit potius quam non sit, cur hoc potius quam alio modo sit: ex. gr. Cum oculorum visus quempiam destituit, debet subesse aliquid cur caecus fiat potius, quam non fiat. — *Quid ratio sufficiens?* 13.

fiet. Ponamus autem humanas vitas, atque diverso visum subjectari; id vitium erit ratio sufficiens capitalis ...

14. Triplex porro rationis sufficientis classis ~~statui~~ statui solet. Videlicet id, ex quo intelligitur, cur aliquid existere possit, est ratio sufficiens possibilitatis; id, ex quo intelligitur cur aliquid existat, est ratio sufficiens actualitatis; id denique, ex quo intelligitur, cur aliquid cognoscatur, ratio sufficiens cognitionis vocari solet.

Scholion. Jam supra diximus principium rationis sufficientis sic effatum esse: Nihil est sine ratione sufficiente: hoc est, si quidquam ponatur esse, erit semper aliquid unde intelligi possit, cur illud sit. Jam vero de veritate principii hujus experientia nos tacite admonet, quae dux et magistra fit, ut vix admittamus quidquam sine ratione sufficiente atque in admirationem rapi soleamus, si quid eveniat cujus rationem sufficientem non adsequamur. Imo si vel ipsi termini principii ejus rite despiciantur, veritas illius sua propria perspicuitate satis facile manifestat. Quare non tam principium hoc demonstrandum quam vim verborum, quibus continetur, ~~explicare~~ explicandam potius suscipimus.

Propositio 2. 15.

Principium rationis sufficientis, nimirum nihil est sine ratione sufficiente, certissimum est.

Prob. Principium rationis sufficientis certissimum haberi debet, si repugnat aliquid esse sine ratione sufficienti: atqui res ita se habet. ergo q. Min. prob. si quid esset sine ratione sufficienti, ~~et~~ illud esset, et non esset: hoc repugnat: ergo q. Maj. prob. Esset ut supponimus; non esset quia nihil adesset, per quod id quod indifferens est ad esse, perinde atque ad non esse, determinetur ad esse: quum tamen determinatio necessaria est, ut illud esse potius quam non esse intelligatur. Esset enim eodem, non esset, quo non esset, quod tamen principio contradictionis adversatur. ergo q.

Coroll. Quidquid rationem sufficientem habet, eam vel in semetipso, vel in alio ante-

altero

extra se posito habeat, necesse est: hinc alia est ratio sufficiens interna, alia externa, seu in alio quopiam ente quaerenda est. Posita deinde ratione sufficiente id quoque poni necesse est, cujus est ratio sufficiens. Secus enim ratio illa sufficiens esset, et non esset. Esset ut ponitur, et simul non esset: nam ex ratione sufficiente intelligitur, cur res sit potius quam non sit. Hinc denique colligitur principium rationis sufficientis ex principio contradictionis demonstrari. Cum enim haec propositio: nihil est sine ratione sufficiente; ideo vera sit, quia si negaretur aliquid indifferens ad esse perinde atque ad non esse, esset simul, et non esset, ut constat ex omnium demonstrationum more exacta, facile quisque intelligit hanc propositionem ex principio contradictionis suum robur, et firmitatem acquirere.

Wolfio ipso docente, qui principium rationis sufficientis plurimum promovit, in somnio omnia sunt sine ratione sufficiente: ergo falsum est nihil esse sine ratione sufficiente. Objectio. 10.

Distinguo ant. In somnio objective spectato conc. in somnio subjective spectato nego ant. et consequentiam. Wolfius somnium objectivum, idest res illas quas in somnio cernere videmur, intelligit; hae vero nunquam actu existunt, et cum nullo inter se nexu copulentur, si ita reapse existerent, omni prorsus ratione sufficiente destituerentur. Quod si somnium subjectivum accipias, intelligis, puta mentis nostrae operationem, quae ope facultatis imaginativae phantasmata illa producit, et vero ista operatio ratione sufficiente non caret, quae ex imaginationis lege deducenda est, ut in Psychologia docetur; patet igitur, quidquid in somnio reale est, illud quoque rationem sufficientem habere, et quod hac destituitur, illud nequaquam reale, sed imaginarium esse. Responsio

Cum principium rationis sufficientis, illiusque veritas veritati principii contradictionis innitatur, ut ex supradictis colligitur, inde consequitur, principium rationis suffi- Scholion

cientis

cientis non esse absolute primum humanae cognitionis principium. Nihilominus relate ad veritates contingentes pro primo principio, per quod omnes illae demonstrari debeant, habendum est. Id ut pateat hac de re sequentem propositionem paucis stabilire.

Propositio 5ta. 17. Principium rationis sufficientis est primum omnium veritatum contingentium principium.

Prob. Omnis veritas contingens per principium rationis sufficientis demonstratur: ergo assumptum. Ant. prob. Quoties quaeritur cur vera sit aliqua data enunciatio in materia contingenti, toties semper inquiritur in sufficientem rationem ejus quod enunciatur: et siquidem ejus ratio sufficiens assignari possit, enunciationis veritas eo ipso demonstratur, quod si rationis sufficientis absentia detegatur, eo ipso etiam propositionis falsitas detegitur; nequit enim tunc ita se habere objectum, ut enunciatur, cum nihil sit sine ratione sufficiente. Sed hoc ipso omnis veritas contingens per principium rationis sufficientis demonstratur; ergo etc. Et vero si quaeras, quare verae sint hae, et aliae similes enunciationes: Mundus existit; Cajus est eruditus, aegrotus, [illegible]: globulus plumbeus in aquam fundum petit; semper respondendum esse aliquid quod efficiat ut mundus existat, Cajo eruditio et [illegible] conveniat.

Objectio. 18. Per principium rationis sufficientis non possunt demonstrari omnes veritates contingentes: ergo illud non est primum earum principium. Ant. prob. Ratio sufficiens nos saepenumero latet; ergo etc. [illegible]

Responsio 11. Distinguo ant. Per principium rationis sufficientis non possunt demonstrari semper actu, ut ratione con. ant. non saltem in potentia et quoad se nego ant. et consequentiam. Ad prob. Distinguo iterum ant. Ratio sufficiens nos saepissime latet ex defectu limitatae nostrae intelligentiae con. ant. ex defectu interno nego ant. et consequentiam. Cum itaque multa sint in rebus naturalibus quarum

tum ob intellectus nostri limitationem, tum ob necessariorum subsidiorum defectum non cognoscimus, saepe evenit, ut principium rationis sufficientis ad demonstrationem ipsum conducendum non inserviat: est illud tamen etiam tum verum principium de re, et in se aptum ad demonstrandas veritates contingentes, quas antea demonstraverat, nisi alia obstarent: semper enim, si analysis fieret, aut fieri posset, ad rationem sufficientem perveniretur, quae unica ratio est cur p̃m̃ eorum veritatem principium statuatur. Fatemur quidem nos frequenter ignorare, quaenam sit determinati alicujus rationati ratio sufficiens; verum id limitati intelligentiae nostrae tribuendum est, quae efficit, ut quam plurima in rebus physicis nesciamus; futuram tamen cujusvis rationati una dabitur ratio sufficiens, eaque in se vere cognoscibilis est, quin et cognosceretur ipsa si alia impedimenta abessent.

Cum principium rationis sufficientis ad ipsum contradictionis principium reducatur, inde fit ut veritates etiam contingentes mediate, hoc est ope principii rationis sufficientis ad principium contradictionis tandem reducantur. Quare principium contradictionis est absolute primum comparate ad omnes veritates, immediatum quidem relate ad necessarias, mediatum vero relate ad contingentes. Atque haec est mutua relatio, quae inter allata duo principia intercedere dicitur. Scholion.

Caput V.

De Possibili, et Impossibili.

Possibile dicitur id, quod nullam in se contradictionem involvit, impossibile vero, quod pugnantia continet, seu ex quo consequens est, idem simul esse, et non esse, sic possibilis est alter mundus: impossibilis circulus quadratus, homo rationis incapax, productio rei ipsius, aliaque ejusmodi. Quid possibile et impossibile? 19.

Cum existere non possit, quod impossibile est, quia simul idem esset, et Corol.

non

non arrat, tunc quidquid existit possibile esse oportet. Quare ab esse ad posse legitima est argumentatio, ex gr. existit mundus, ergo existere potest. E contra vero non omne, quod possibile est, existentiam obtinet, ergo vicissim a posse ad esse argumentatio [illegible] valet.

Quotuplex possibilitas? 20

Ceterum possibilitas duplex est: interna et externa. Interna illa est in ipsa rerum vero intrinsecus constitutivorum concordia, ut adeo intrinsece possibile illud est, quod nullam internam pugnam, et contradictionem continet. Externa vero possibilitas est ipsa efficacitas causae ad producendam illam sufficiens. Hinc rem externe possibilem esse, idem sonat, ac adesse causam cujus efficacitas ad rem illam producendam extendi possit. [illegible]

Quae impossibilium genera? 21.

Si quid naturae suae pugnantia continet, id absolute impossibile vocatur; quod vero propter certa rerum adjuncta ex gr. propter imbecillitatem causae efficientis, propter rationem loci temporis, et effici nequit, id hypothetice duntaxat est impossibile. Sic circulus quadratus est absolute impossibilis, Roma in campis quia extructa est hypothetice tantum impossibilis. Illud vero quod absolute impossibile est nullo pacto fieri potest possibile, quod vero hypothetice tantum circumstantiis mutatis possibile reddi potest. Est et alia impossibilium divisio, quae scilicet [illegible] naturae suae repugnant Metaphysica impossibilia dicuntur, quae viribus naturae tantum effici nequeunt physice impossibilia vocantur, ac tandem quorum [illegible] ei [illegible] aliqua difficultas [illegible] moraliter impossibilia [illegible] metaphysica impossibilis est [illegible] physica [illegible] moraliter [illegible] [illegible].

Quae possibilium divisio? 22.

Item possibilia alia supernaturaliter, alia naturaliter alia moraliter possibilia dicuntur. Supernaturaliter possibilia sunt, quae licet naturae vires excedant divina tamen virtute effici possunt, ut mortuorum suscitatio. Naturaliter possibilia sunt

quae

quae viribus naturae fieri possunt, ut ligni combustio. Moraliter denique, quae sine magna difficultate, et quia leges morales observandae fieri possunt; sic moraliter possibile est, ut quis bene agat illis in circumstantiis constitutus, in quibus bene agere solet.

Possibilitatem cognitam in internam, et externam divisimus; verum haec possibilitatis partitio occasio facta est inter Philosophos adversarios; unde necesse est, ut solidis confirmetur argumentis, quod ut rite fiat, primum omnis controversiae status paucis ante oculos ponendus est. Quaestio haec tota fere ad res a Deo producendas revocatur, ad hanc enim normam de aliis etiam, mutatis mutandis, ratiocinandum est. Sunt namque nonnulli qui omnem possibilitatem rerum internam, et habilitatem ad existendum, quae in ipsa illarum natura fundatur, tollunt, solamque externam fundatam in viribus causae efficientis, sive in Dei omnipotentia agnoscunt. Hi interrogati num necne alter mundus sit possibilis? respondent: quia Deus est Omnipotens. Sunt e adverso alii, qui utramque possibilitatem propugnant, et asserunt Deum nihil, quod in natura sua contradictionem involvit, producere posse. Horum opinione ratio adaequata, cur aliquid possibile, seu existere posse dicatur, partim ab ipsa rei natura, partim ab omnipotentia Dei repetenda est. Quare cum quaeritur, num alter mundus existere possit? respondent: quia ob carentiam contradictionis in notis essentialibus habilis est ad existendum, et quia Deus pollet potentia efficiendi, quidquid in se non repugnat. Utra harum verior sit, jam videamus. Scholion.

Praeter externam rerum possibilitatem quae in omnipotentia Dei sita est, interna quoque rerum possibilitas admitti debet quae in notarum essentialium concordia consistit. Propositio 23.

Prob. primo. Si praeter possibilitatem rerum externam, quae in omnipotentia Dei sita est, non daretur possibilitas interna, quae in notarum essentialium concordia consistit; tunc ideo praecise res aliqua impossibilis esset, quia Deus illam producere non posset.

posset; sed hoc est absurdum: ergo praeter ea. Maj. certa est. Quod si aliam ad-
ferunt rationem, cur res aliqua sit impossibilis, praeter divinam insufficientiam
ad illam, propinquam jam hoc ipso sola Dei omnipotentia non est ratio illius possibilitas. Sub.
itaque min. si ideo praecise res aliqua v. g. circulus quadratus est impossibi-
lis, quia Deus illum producere non potest, tunc omnipotentia Dei est limitata
ad aliquos praecise atque indeterminatos effectus: sed hoc repugnat: ergo dici
non potest ideo praecise rem aliquam esse impossibilem, quia Deus illam produ-
cere non potest. Maj. in dubium vocari non potest. in dicta enim hypothesi
Deus alterum Mundum condere posset, circulum quadratum condere non pos-
set ideo praecise quia ad illius effectionem illius potentia non se extenderet; nec ulla
in nobis regula praeter eam, cujus determinare possumus, utrum omnipotentia Dei
se extendat ad quid, se non extendat; sed hoc idem est ac si dicas omnipotentiam Dei
limitatam esse ad aliquos praecise, atque indeterminatos effectus: ergo si ideo praeci-
se res aliqua v. g. ~~circulus~~ circulus quadratus foret impossibilis, quia Deus illum
producere non posset, tunc omnipotentia limitata esset ad aliquos, atque indeter-
minatos effectus, quod est absurdum

Prob. 2do. Ut intelligatur, an res aliqua sit possibilis, non sufficit cognoscere
Deum esse omnipotentem, sed necesse est etiam intelligere an essentiales rei illi-
us notae concordent, seu nullam repugnantiam contineant. ergo ratio adaequata cur
res aliqua sit possibilis non est sola Dei omnipotentia; sed essentiarum aeterna
rerum concordia, proindeque praeter aeternam rerum possibilitatem quae in Deo omnipo-
tia consistit, admittenda est alia. Idipsum confirmatur ex Divo Thoma in
prima parte quaestione 25. art. 3 in C. ubi ait non possibilitate interna res omnipo-
omnipotentia Dei sit intelligi, notat ut quaestione 46 art. 1 ad 1. dubium mundus es-
set, fuit possibile mundum esse non quidem ratione potentiam passivam quae est mate-
ria, sed ratione activam Dei potentiam, et etiam secundum quod dicitur aliquid esse
entia

lute possibile, non ideo aliquam potentiam; sed ex sola habitudine terminorum, qui sibi non repugnant, ideo quia possibile opponitur impossibili; ut patet per Philosophiam in Metaphysicis.

Igitur rerum possibilitas adaequate accepta internam simul, et externam complectitur; idest notarum essentialium concordiam, et omnipotentiam divinam. Coroll.

Dei omnipotentia sublata, ipsa etiam rerum possibilitas tollitur: ergo adaequata ratio cur res aliqua dicatur possibilis in sola Dei omnipotentia sita est. Objectio qua- 24.

Ant. prob. sublata Dei omnipotentia fieri non posset ut res ulla existeret: ergo sublata omnipotentia &c.

Distinguo ant. sublata Dei omnipotentia ipsa etiam rerum possibilitas externa tollitur, con. ant. interna nego ant., et consequentiam. Ad prob. Distinguo ant. sublata Dei omnipotentia, fieri non posset, ut res ulla existeret, idque defectu causae efficientis, con. ant. defectu aptitudinis ad existendum nego ant. et consequentiam. Itaque in absurda hypothesi, quod omnipotentia divina tolleretur, res tamen ideo existerent aptae, quae notarum suarum concordiam retinerent, proindeque intrinsece possibiles essent. Res tamen intrinsece possibiles remanerent, existere tamen non possent, quia non adesset causa, quae eas etiam aptas caeteroquin ad existendum ex nihilo educere posset; res enim existere non possunt, nisi sufficientem habeant existendi rationem. Caeterum sicut universim nunquam Deo potest externa rerum cujuspiam possibilitas sive interna; attamen comparate dicatur ad Deum. Deo videlicet non existente, interna rerum possibilitas non formaliter, ut dici solet, conjicitur, quum Dei existentia, aut ejusdem efficacitas in ea notione deprehendatur, qua res intrinsece possibiles esse intelliguntur; sed consequenter, quatenus nempe Deo non existente, quae rerum essentiae consequenter deficerent, resque omnes impossibiles evaderent. Deo enim non existente, id quod necessario existit, posset etiam non existere, ac proinde principium contradictionis penitus labefactaretur; Responsio.

rebus, quo deficiente nulla haberi potest notarum connexionum concordia, quæ
[illegible]

Instantia. Hæc non a seipsis, sed a Deo earum notarum concordiam sortiuntur; o-portet: ergo sublata Dei omnipotentia nulla notarum concordia concipi pos-set. Ant. prob. Omnis rerum perfectio a Deo est; sed dicta notarum concordia perfectio est: ergo &c.

Responsio Nego ant. ad prob. distinguo maj. Omnis rerum perfectio, quæ physice est aliquid et existit, a Deo est con. maj. quæ physice nihil est, sed esset tantum si produce-retur, a Deo est, nego maj. similiter distincta minore, nego conseq. Omnis itaque rerum perfectio quæ physice existit a Deo omnino est; at vero dicta notarum con-cordia in rebus mere possibilibus physice nihil est, sed esset solum si producerentur un-de non est absolute dicendum, quod a Deo sit, sed solum quod si producerentur a Deo es-set [illegible]

Objectio secunda Non esse possibilem et non posse a Deo produci idem significat; sed ratio pro-
25 pter quam a Deo produci nequit sola est omnipotentia Dei: ergo etiam ratio esse possibilem [illegible] est omnipotentia Dei. Maj. prob. Non quidquam esse possibilem, nihil a-liud est, quam eamdem virtualiter includi in omnipotentia Dei; sed nec idem est, ac non a Deo posse produci: ergo &c.

Responsio Distinguo maj. Non esse possibilem extrinsece idem plane est ac non a Deo posse produci con. maj. non esse possibilem intrinsece, idem est ac non a Deo posse produci nego maj. et sic distincta min. nego consequ. Ad prob. eadem distinctio est adhibenda. Non valeat a Deo effici posse, plus omnino significat quam eamdem esse possibilem: illud enim et rei ad existendum aptitudinem et Dei ad il-lam producendam sufficientem virtutem innuat; hoc vero solam rei ad existen-dum aptitudinem denotat. [illegible] ad prob. respondendum est, res enim effectus dicuntur virtualiter contineri in potentia causæ, quæ requiritur, quia et effectus ea requiri-

bilis

colis est. et aptus ad existendum; deinde et causa quae ad illum producendum idonea est: atque hoc postremum ad formalem internae possibilitatis conceptum non pertinet.

Caput 3.

De Ente, ejusque Essentia, Existentia, Unitate, Identitate, et Distinctione.

Quidquid existit, vel existere potest vocabulo entis venire solet, unde tam extra in actu existens, tam in semine delitescens entis nomine gaudet. Non ens illud vocamus, quod nec est, nec esse potest, sive quod contradictionem in se complectitur, ut circulus quadratus. Quid Ens, et non Ens? 26.

Nonnulli proprietatem Graeci, latinique vocabuli sequentes to on, seu ens pro eo solum usurpant, quod existit. Atque istud discrimen statuunt rem inter et ens, quod res sit quidquid existit, est, futurum est, aut est possibile; ens vero autem sit quidquid existit. Verum si entis notio maxime communis designari debeat, utrumque vocabulum tam ens, tum res pro eodem usurpari posse censemus Scholion.

Ens ut ex ipsa definitione colligitur, aliud est actuale, sive existens, aliud potentiale, sive possibile. Id vero quod reapse est, aut esse potest aliquid, nuncupatur ens positivum, ut terra, aqua etc., quod autem non nisi in mente nostra existere potest, ens rationis dicitur, ut sunt genera, species etc. Ipsa denique positivi cujuspiam entis inopia, quam quasi instar entis concipere solemus, ens privativum nominatur, ut tenebrae, ignorantia, paupertas etc. Quotuplex ens? 27.

Realitas est quod aliquid ponit in ente, seu quidquid enti alicui vere inesse intelligitur; huic opponitur defectus. Hinc cum contradictoriorum unum ponat aliquid esse, alterum ponat aliquid non esse, illud est realitas; hoc defectus. Realitas porro vel conjungitur cum aliquo defectu, vel non; illa limitata, haec absoluta seu illimitata est. Defectus ulterioris realitatis limes seu terminus dicitur Quid realitas, defectus, et limes? 28.

Quid

Quid entis essentia? Est in ente quolibet id venit essentiae nomine, per quod illud est id, quod est,

29\. et non aliud, sive primum illud, quod in ente concipitur, et unde caeterorum, quae ei vel insunt, vel inesse possunt, ratio redditur, essentia dicitur. Si plura sint in re, e quibus caetera profluant, ipsa vero per se invicem non determinantur, ea omnia ad essentiam pertinent, et idcirco essentialia vocantur. Ita hominis essentiam ex vi sentiendi et ratiocinandi tanquam essentialibus constare dicimus quod homo per notas has homo ... esse intelligatur, nec nota altera ex altera determinatur.

Coroll. Cum essentia sit id, quod primum in ente concipitur; nihil autem possibilitate prius in ente concipitur, ultra quam cogitatione progredi non liceat; hinc essentia rei cujusvis quatenus ens est ejus possibilitate continetur, quandoquidem possibilitas est id, ex quo eorum, quae enti insunt prout tale est, ratio reddi potest. Sicut vero essentia entis generatim spectati, est ejus possibilitas in genere; ita etiam entis cujuslibet ad certam ~~ejus~~ speciem ~~determinati~~ determinati essentia est ejus possibilitas ad eam speciem reducta et sic spiritus per vim cogitandi, animal per vim sentiendi et ratiocinandi, horologium per textum talium partium nexum possibile est.

Scholion. Diligenter porro hic advertas velim, essentiam, de qua loquimur, metaphysicam esse, et idealem, realis enim sive physica per collectionem omnium ~~...~~ proprietatum rei existenti ipsa convenientium constituitur, quae nobis utplurimum incognita est. In nostrum quid de metaphysica entis cujuslibet essentia statuimus.

\+

Propositio prima

30\. Cujuslibet entis essentia sita est in concordia earundem earum notarum quae in eo ente primae occurrunt, utque veluti caeterarum fontes.

Prob. Essentia entis cujuslibet est id per quod ens illud est id, quod est, per definitionem superius adiatam; sunt autem illa formalis, quae intellectu ens illud

illud intelligitur esse id, quod est, at non intellecta ens non intelligitur esse id, quod est: sed intellecta omnium earum notarum concordia, quae in ente quopiam primae occurrunt, suntque substituentes ceterarum illud intelligitur esse id quod est, illa vero non intellecta, non intelligitur. ergo cujuslibet entis &c. Minoris prima pars probatione non indiget; altera etiam manifesta est. Nisi enim omnes ejusmodi notae intelligantur, ens non satis ab omni alio discernitur, ab eo nimirum, quocum convenit quidem in iis notis, quas eo cum mente recognosco, in aliis tamen non convenit. Accedit, quod nisi earundem notarum concordia intelligatur, id, cujus constituent esse notae illae, non intelligitur essentia; ergo neque intelligitur esse id quod est.

Hinc vides merito notas illas, quae primae in ente occurrunt, et sunt veluti ceterarum fontes, essentiales, et characteristicas nominari. Quare ens illud, cujus non omnes essentiales notas perspectas habemus, neque completa definitione exprimere, neque ab omni alio ente saltem possibili rite discernere possumus. Cor.

Cujuslibet entis essentia est necessaria, immutabilis, et aeterna. 5. Propositio [illegible] 01.

Prob. Et primo quidem necessaria est; cum enim entis cujuslibet essentia in notarum essentialium concordia sita sit, tunc solum ens suam essentiam amitteret, cum notarum concordia in pugnam seu contradictionem abiret; sed hoc fieri non potest, sicut neque fieri potest, ut notarum pugna in concordiam abeat sive ut ex impossibili fiat possibile: ergo cujuslibet entis essentia necessaria est. Immutabilis deinde est; quia cum sit necessaria, aliter ac est esse non potest; quare nec augeri, nec minui ~~potest~~ potest in essentialibus notis, proindeque immutabilis sit oportet. Denique aeterna est. Concordia ~~enim~~ enim notarum cujuspiam entis essentiam constituentium neque coepit aliquando esse, neque desinet; si enim coepisset aliquando, pugna notarum in earundem concordiam com-

commutata fuisset: si aliquando desinaret concordia in pugnam, et contradi-ctionem abiret, quod utrumque repugnat: ergo &c.

Scholion. Cum vero essentias necessarias, immutabiles, aeternas dicimus, minime contendimus, res cum suis essentiis aut ab omni aeternitate fuisse, aut in aeternum aeternitatem fore existentes. Nam hoc nos exigi volumus; Deum infinita sua intelligentia rerum omnium essentias ab omni aeternitate comprehendisse, atque ideo ipsas, quae jam existunt, semper existibiles fuisse, non aliter, atque nunc sunt, possibiles futuras.

Quid existentia? 32. Existentia est quidem essentiae status, quo illa apta redditur ad aliquid agendum, vel patiendum. Ex. gr. antequam mundus existeret, essentia mundi erat pure possibilis; eo autem ipso momento quo mundus ad existentiam perductus est, ~~mundi~~ mundi essentiae novus quidem status accessit, quo illa apta reddita est ad aliquid agendum vel patiendum. Status iste a Wolffio complementum possibilitatis recte appellatur. [illegible]

Quotuplex existentia? 33. Quod ita existit, ut ipsa ejus essentia sit ratio sufficiens, quare existat, a se existere dicitur; id vero cujus existendi sufficiens ratio in ejus essentia nequaquam invenitur, ab alio ~~existit~~ existit. Sic Deus a se existit non quod seipsum effecerit, sed quod ipsa ejus essentia rationem existendi sufficientem in sese contineat. Caetera omnia existunt ab alio.

Corol. Ens a se nunquam esse potest in statu merae possibilitatis atque enim ipsa ejus possibilitas existentiam determinat, seu quod eodem redit, ens a se, hoc ipso quod est possibile existit. E contra vero ens ab alio in statu merae possibilitatis esse potest, ejus enim essentia non sufficit ut intelligatur existere.

Scholion. Quaeri a quibusdam hoc loco solet, utrum essentia ab existentia seu a complemento illo possibilitatis revera, utrum cogitatione duntaxat nostra distinguatur. Dicitur re vera non distingui, [illegible] capite [illegible] enim [illegible]

ta propria rei ejusdem essentia, jam res illa existit, atque non existit per quiddam
ab essentia ipsa distinctum. cum praeter essentiam nihil aliud earundem fuerit suppona-
mus. Deinde si existentia ab essentia realiter distincta est, ipsa illa existentia vel exi-
stit per suam propriam essentiam, vel per quiddam aliud: si per suam essentiam
eodem plane jure quaelibet alia res per suam essentiam existet, neque distincta ali-
qua existentia opus erit. si per aliud, de illo alio eadem redibit quaestio, atque ita in infi-
tum progredi cogamur. Quod si quis quaerat, utrum existentia saltem ab essentia pure
possibili realiter distinguatur; respondeo existentiam creaturarum nec a pure pos-
sibili earundem essentia distingui quoad rem; distingui tamen quoad statum, seu
tanquam rem physice existentem a re solum idealiter repraesentata. Existentia enim
creaturarum non distinguitur quoad rem ab actuali earundem essentia; sed essentia
actualis creaturarum eadem est quoad rem cum essentia mere possibili, cum iisdem no-
tis essentialibus constet res existens, per quarum concordiam nobis ante possibilis ap-
paruerat quam existeret; existentia igitur creaturarum nec a pure possibili earun-
dem ~~eadem~~ essentia quoad rem ~~distingui~~ distinguitur.

Iisdem hic de attributis et modis agere solent nonnulli, qui rem hanc jam infra [illegible]. Quid attributa, et
quae pertractavimus, vix aliam modo earum, et leviter attingimus. Quaecunque itaque modi?
in ente, praeter ejus essentiam insunt, vel necessario ex essentia promanant, et 34.
eousque necessario attributa dicuntur; vel praesistente entis essentia, et esse,
vel non esse possunt, et modi vocantur. Jam vero posita essentia, attributa quoque
ponenda esse est ut adeo quemadmodum essentia, ita etiam attributa sint [illegible]
[illegible] necessaria, immutabilia, aeterna. Cum enim attributa necessario ex essentia pro-
manent ratio sufficiens attributorum in essentia continetur, posita autem ratione
sufficiente id quoque, cujus est ratio sufficiens, poni debet. De modis vero quod attinet
observamus, eorum possibilitatem ad entis attributa referendam esse, [illegible] o-
mnis ille modus inesse possit enti, qui cum ejus essentia ~~[illegible]~~ cohaeret, nullus qui

cum

cum essentia non cohaereat, jam patet ex entis essentia colligi, quinam modi
inesse possint in ente, possibilitasque eorum possibilitas per attributa determinata est
sic homo est eruditus logicis, est eruditus fieri per essentiam suam capax est. Ra-
tio tamen sufficiens, cur hic, aut ille modus insit in ente, neque in essentia,
neque in attributis reperitur, sed aliunde proveniat; ex eis enim modi abesse non pos-
sunt. [illegible]

Quid entis unitas? Unitas est collectio omnium eorum per quae res quaepiam est haec individua

35. res, et non alia: seu unitas est inseparabilitas eorum, per quae ens aliquod deter-
minatur. Sic ex. gr. haec cathedra est unum quia continet ea, per quae suffici-
ens ut sit haec cathedra, et non alia, ita sunt conjuncta ut quamdiu manere
debet haec cathedra separari ab invicem nequeant.

Quotuplex unitas? Unitas in primis alia est generica, alia est specifica et alia numerica. Generi-

36. ca est collectio eorum, per quae illud genus est hoc praecise, et non aliud genus: spe-
cifica est collectio eorum per quae illa species est haec, et non alia species: numeri-
ca est collectio eorum per quae aliquod individuum est hoc et non aliud individu-
um. Sic homo, canis, leoque unum sunt generice. Petrus, Paulusque unum sunt specifi-
ce. Petrus unus est numerice. Unitas deinde dividitur etiam in Metaphysicam
physicam et moralem. Metaphysica est per quam attributa ratione tantum distincta
eandem physice ac realiter essentiam efficiunt, ut sensus, et ratio in homine. Physica
unitas est, per quam entia physice distincta unum compositum constituunt ut anima, et
corpus requisitum humanum compositum constituunt. Unitas denique moralis est per
quam res physice distinctae communi hominum aestimatione, seu usu loquendi
habentur quae ratione legatae cum res diversae hisce cum res physice unum habe-
re. Unum physicum individuum a unum per se, et unum per accidens [illegible]
[illegible] vocatur, quod constituit partibus natura ipsa ad eam compositionem ordi-
natis, ut homo anima constans et corpore. Huic ex diverso respondet unum per
acci-

accidens, qualis est numerus congestus lapidum acervus. Res denique vel ita individua una, ut ne possit quidem in partes dividi, ut Deus, anima humana, vel appellatur una cum in partes, quibus constat, distracta non est, ut pomum.

Hinc facile patet, quod eadem res diverse considerata potest esse, et una et multiplex: sic acervus lapidum est unus acervus, sed non unus lapis. Corol.

Eadem dicuntur, quae sibi ita invicem substitui possunt, ut nulla propterea inducatur mutatio. Ex. gr. una duo ... absque ulla mutatione substitui possunt. Identitas autem est illa entium affectio, qua fit ut eadem sint, idemque sonat, ac eadem entitas ... [illegible] Quid idem, et identitas? 37.

Igitur duo quaecumque esse idem, seu ut dici solet, inter se identificari non aliud est, quam illa esse unius ejusdemque entitatis. Corol.

Identitas imprimis vel generica vel specifica, vel numerica vocatur. Generica est, quae ... identitas? ea quae entia, quorum determinationes genericae eaedem sunt; sic genericam identitatem habent homo, et bellua. Specifica, quae entia eadem sunt quoad determinationes specificas: hanc habent Petrus, et Paulus. Numerica, quae res quoad omnes determinationes hoc pacto individuum constituentes sibi substitui possunt; atque hanc habent Marcus, Tullius, et Cicero. Deinde vero eadem alia realis, alia formalis est. Realis inter ea entia, quae licet a nobis ut duo concipiantur, in se tamen eamdem habent essentiam: sic in homine ... ratiocinandi facultas sunt realiter idem. Formalis inter illa entia, quae ita sunt eadem, ut ne per diversam quidem ideam a nobis repraesentari possint: sic homo cum animali rationali praedito idem formaliter est. Tertio identitas alia adaequata, alia inadaequata. Adaequata inter illa entia, quorum unum nihil complectitur, quod non insit in alio. Sic adaequate idem est homo cum animali rationali praedito, totum quodlibet cum omnibus suis partibus simul sumptis. Inadaequata vero inter illa, quorum unum continet aliquid quod non reperitur in altero, sic 38.

homo

homo cum corpore suo inadæquatam identitatem habent. Ipsa denique identitas in *puram*, et *mixtam* dividitur. Identitas pura eorum est, quæ ita sunt eadem naturæ, ut nec in aliquo quidem distinguantur. Eorum autem identitas mixta est, quæ tametsi ejusdem naturæ sunt, simul tamen in aliquo alio distinguuntur. In creatis omnibus identitas pura est; at in adorando Trinitatis Mysterio identitas naturæ divinæ personarum distinctione mixta est.

division — Allatis hactenus identitatis divisionibus aliam novam alii addunt. Identitatem scilicet in Physicam, vel ut aliis placet metaphysicam, et in moralem partiuntur. Illa habetur in ente, cujus essentialia invariata persistunt, ut in anima nostra quæ in perpetuum eadem manet. Altera habetur in iis, quæ communiter eadem manere censentur tametsi aliis atque aliis rebus succedentibus propter formam externam nihil amplius de iis supersit modo eam successionem illam sensibus nostris non advertamus. *Nemo nostrum*, inquit Seneca, *idem est in senectute, qui fuit juvenis; nemo est mane, qui fuit fuit pridie*: at tamen idem corpus nos constanter habere existimamus.

Quid diversum et distinctum? — Diversa vocantur illa quorum unum non est alterum, sive quæ sibi mutuo
39. substitui non possunt, sic Deus, et Sol diversa sunt. Distinctio, quæ identitati opponitur, est ea entium affectio, qua fit ut eorum unum non sit aliud seu diversum sint. Atque quemadmodum illa sunt idem quorum una est essentia, ita ea, quorum diversa est essentia, distincta esse oportet. Sic distinctionem dignoscimus inter hominem, et bestiam, quia hæc distinctio illustratione pollet.

Quotuplex Distinctio? — Distinctio alia est realis, alia est rationis. Realis est inter illa, quorum unum
40. reapse, et citra omnem mentis nostræ considerationem non est aliud. Sic in homine corpus ab anima realiter distinguitur, sol a luna &. Distinctio rationis habetur cum in una eademque re plura concipiuntur quæ reapse unum idemque sunt. Sic in eodem homine vis sentiendi a vi ratiocinandi nonnisi cogitatio-

ne

ne nostra recensetur.

Distinctio quae intercedit inter ens, et ejus modum e.g. inter ceram, et ejus Scholion
rotunditatem, inter digitum, et ejus inflexionem modalis nuncupatur. Sic enim ro-
tunditas a cera separari potest, quatenus existere potest cera, quin sit rotunda,
jam patet distinctionem modalem realem esse [illegible]

Distinctio rationis alia est rationis ut vocant ratiocinatae, alia rationis ratiocin- Quid sit distin-
nantis. Prior est, quae fit cum fundamento in re, seu cui objectum ipsum occa- ctio rationis?
sionem praebet; ita cum fundamento distinguis inter justitiam Dei, ejusque mise- 41.
ricordiam. Posterior est, quae fit absque fundamento in re, seu cum mens pro
suo arbitrio distinguit, ubi res occasionem non praebet, sic absque fundamento
distinguimus inter hominem, et animal rationale, inter indumentum, et vestem.

Caput 4um [illegible]

De Entis veritate, ordine, et perfectione; ubi etiam de ente composito et simplici: item de absoluto, et relativo

Verum dicitur omne id, quod principiis contradictionis, et rationis sufficientis est consentaneum. Quid ve-
est consentaneum. Haec autem consensio veritas metaphysica nuncupatur. Unde ritas?
patet ens omne metaphysica veritate gaudere. Nam imprimis omne ens eo 42.
ipso, quod possibile sit a contradictione liberum est, ac proinde cum principio con-
tradictionis congruit. Deinde quoniam nihil est, nec esse potest sine ratione suf-
ficiente, quodlibet ens congruit etiam cum principio rationis sufficientis.

Ordo est plurium entium sive permanentium, sive successivorum ita connexio Quid ordo?
nexus, ut antecedens spectet consequens, consequens sit finis antecedentis, omnia 43.
vero ad eumdem aliquem finem communem directa sint. Perfectionis ordinis e-
xemplum suppeditat nobis mundus hic adspectabilis: in eo enim, Tullio
teste l. 1. c. 4. de nat. Deorum, est admirabilis quaedam continuatio, seriesque rerum,
ut aliae ex aliis nexae, et omnes inter se aptae, colligataeque videantur. Sic ordinem
luce-

locum in Bibliotheca dicimus, cum libri sic disponuntur, ut quaedam emineat aequabilitas, et similitudo in modo, quo sese excipiunt, et si in iis distribuendis ratio formae, argumenti, editionisque habita est.

Corol. Si ergo in rerum collocatione dissimilitudo appareat, tum enim vero confusio, sive inordinatio locum obtinebit

Quid perfectio? 44. Perfectio est consensus, seu harmonia plurium ad eundem finem obtinendum. Ita perfectam dicimus formam civitatis, in qua variae magistratuum et civium actiones ad communem felicitatem obtinendam, et conspirare intendunt.

Corol. Ubi ergo varia ita comparata fuerint, ut fini communi adversentur, illic imperfectio dominabitur; sic imperfectum dicimus horologium, si quae in modo indicandi accurate horis impedimentum offerant.

Quid perfectum in genere suo? 45. Contingit aliquando, ut entia suo in genere perfecta dicantur: istud autem dupliciter sumi potest. Imprimis suo in genere perfectum dicitur omne id, quod aptum est ad eum usum et finem, ad quem illud a Deo destinatum est. Atque hoc sensu quidquid in rerum natura reperitur in genere suo perfectum est. Deinde suo in genere perfectum dicitur illud etiam, quod perfectionibus, quae spectata communi natura eorum ipsi conveniunt, non est destitutum. Sic homo suo in genere perfectus est, si binos oculos ceteraque membra habet et firma, rite dispositaque.

Scholion. Jam alterum hoc sensu rerum multa esse suo in genere imperfecta, non est, qui dubitari possit. At vero priori quidquid in rerum natura reperitur in suo genere perfectum omnino esse debet. Nam si quidpiam ineptum esset ad eum finem, et usum, ad quem a Deo destinatum est, jam Deus non esset perfectus rerum opifex, ut facile quisque intelligit

Corol. Igitur ea etiam, quae perfectionibus quibusdam naturae suae convenienti-

bus

Res carent, ex. gr. homo caecus, imo ipsi etiam creaturae hae nonnisi in genere perfectae dici possunt. Nam et homo caecus aptus est ad eum finem, et unum, ad quem a Deo destinatus est, et peccator etiam ad eum, ob quem a Deo peccata permittuntur; qui est ut hominis libertas illaesa maneat, justitia, misericordia Dei manifestetur q.

Plura quae simul collecta ens unum efficiunt partes appellantur, ens autem e pluribus conflatum vocatur totum. Partes porro aliae sunt essentiales, quarum vel una ablata ipsum totum perit, sic anima in humano composito pars essentialis est. Aliae integrales dicuntur, nempe quae ad totius integritatem duntaxat pertinent, ut digiti in corpore humano. Est et alia partium divisio. Partes nimirum, quae aliquoties sumptae totum exaequant, aliquotae dicuntur: quae saepius repetitae vel totum excedunt, vel ab eo deficiunt, aliquantae vocantur. Sic in denario numero binarius est pars aliquota quia quinquies acceptus denarium exaequat: ternarius vero in eodem denario pars aliquanta est. — Quid pars, et totum? 46.

Ens compositum dicitur, quod ex partibus certa quadam ratione junctis constat. Homo constans anima, et ~~corpore~~ corpore ens compositum est. Ens autem simplex est, quod partibus caret, ut anima humana. — Quid ens compositum, et simplex? 47.

Ens omne vel simplex est vel compositum. Nam omne ens vel caret partibus, vel partibus constat: quodlibet enim est, vel non est. Si caret partibus simplex, si iisdem constat, compositum erit. — Corol.

Compositi cujusvis essentia in certi generis partibus, earumque ~~certa~~ congregatione sita est. — Propositio prima. 48.

Prob. Cujuslibet entis essentia in eo sita est, per quod illud est hoc potius, quam aliud ens. Sed compositum quodlibet per certi generis partes, earumque certam congregationem est hoc potius quam aliud compositum ergo q. Et sane ut compositum quodpiam dicatur ex. gr. horologium potius quam ~~quam~~ aliud ex certi generis partibus certa

con-

~~[illegible]~~ quadam ratione copulatis constari debet.

Corol. Essentiam igitur compositi unus ille perspectam habebit, qui cognoscit quaenam sint in ente composito partes, et quomodo partes illae inter se conjunctae sint. In id consentit etiam Aristotelis metaphysicorum l. 7. c. 3. <u>Ad haec</u>, inquit, <u>si quis velit alicujus naturam perspicere</u>, <u>velut lecti</u>, <u>ex quibus partibus sit</u>, <u>et qualitas compositionis</u>, <u>hinc cognoscit naturam ejus</u>.

Scholion. Compositum et oriri potest, quin fiat de nihilo, et interire, quin abeat in nihilum; sive et generari potest et corrumpi: ~~[illegible]~~ Generari enim dicitur quod ita existere incipit, ut ejus constitutiva jam extiterint, illud autem corrumpi, quod ita existere desinit, ut adhuc ejus constitutiva remaneant. Sed fieri potest, ut partes jam extantes, et dissociatae certo quodam modo ad eam compositionem efficiendam conlocentur, quo deinde fit, compositum, quod ante non extitit existere incipit: eodem plane modo de interitu, quin abeat in nihilum, nec de corruptione ejusdem ratiocinari licebit: ergo etc.

7. Propositio

Ens simplex nequit oriri, nisi ex nihilo, adeoque nisi per creationem.

49. neque interire potest, quin abeat in nihilum.

Pars prima prob. Si absolute quum ex nihilo, sive per creationem ens simplex oriri possit, vel ex ente quodam simplici, vel ex composito oriri deberet. atqui neutrum dici potest: ergo etc. Min. certa est; non enim potest a simplici: ab hoc enim nihil avelli potest, quod deinde seorsim existat. Non ex composito; nam quidquid ex composito oritur, id necesse ejus partium conjugatione, translatione aut dissociatione oriatur oportet. Sed nullo modo oriri potest; non quidem primo, nec altero modo, quia hinc compositum evaderet: non etiam partium dissociatione, quia per hanc ens simplex non oritur, sed relinquitur quod jam jam ante in composito inerat. Sicuti si ablatis duabus numeri ternarii unitatibus tertia remaneat, haec non oriri sed remanere dicitur.

Pars

Pars altera prob. Si ens simplex ita interiret, ut tamen quidpiam ex eo post interitum remaneret, contineret ex partibus duabus saltem, illa nempe quam interire oporteret, ut verum sit ens illud interiisse, et illa quae ex illo post interitum superstes manere ponitur; sed ens simplex ejusmodi partibus caret: ergo interire nequit, quin abeat in nihilum.

Ens absolutum dicitur, quod ab omni alio, quasi solutum, ac liberum est, ita Quid ens absolutum
ut concipi a nobis possit, quin simul aliud ab eo distinctum concipiatur. Sic et relativum?
absolutum est lapis, cum de eo cogitare possim, quin simul rei alterius notionem 50.
habeam. Relativum est, quod absque alio ab eo distincto concipi nequit. Ejusmodi est servus, cujus notionem obtinere non possum, quin simul de Domino ratione aliqua cogitem. Ut relationis natura magis pateat observandum est in uno eodemque objecto varios deprehendi respectus. Ubi vero ex iis aliquis occasionem praebet de altero cogitandi, tunc inter utrumque adesse relatio dicitur.

Relatio est mutua relativorum ad se se habitudo; seu est illa convenientia con- Quid relatio?
stitutio, quae menti nostrae occasionem praebet unum eorum cum altero compa- 51.
randi. Sic similitudo duorum parietum alborum relatio est.

In qualibet relatione tria sunt distinguenda, nempe subjectum, terminus, et Quae relationis
fundamentum relationis. Subjectum illud est, quod refertur ad alterum; terminus partes?
est res ipsa ad quam refertur altera; fundamentum est ratio, propter quam res 52.
una refertur ad alteram. Si confers creatorem cum creatura, creator est subjectum, creatura est terminus, largitio existentiae est relationis fundamentum. Quod si creatura ut subjectum referatur ad creatorem, ut terminum, tunc fundamentum erit existentiae adeptio. Hinc vides, cur duo entia *relativa*, sive relata, quorum quodlibet alterius terminus esse potest, *correlata* dicantur.

Haec quae hactenus de relatione diximus, generatim ut vides dicta sunt. Ut speciales Scholion.
quaedam entium relationes subjici possint, definiendum est prius, quid qualitas, ac quanti-

tas

entis entis nominis veniat [illegible]

Quid entis qualitas, et quantitas?

53\. Qualitatis nomine veniunt notae rerum internae, quae sine alio addito intelligi possunt. Sic mel propria gaudere sapore, ut ait Cato, non comparatione cum aliis, dulce esse scitur. Sic quae rustici gnaris non est lapis quispiam, respondeam, eum esse gravem, quadratum, politum: has ejus lapidis qualitates illico intelligit ille sine ulla lapidis ad aliud quidpiam comparatione. Quantitatis autem nomine intelligimus notas illas rerum internas, quae dari quidem, non tamen sine alio assumpto intelligi possunt. Sic si de globi cujuspiam magnitudine quaesiveris, hanc tibi declarare non potero, nisi aut eum ipsum globum tibi exhibeam, aut eas se mensuram aliquam definiendis voluminibus destinatam in subsidium vocem, ex. gr. dicendo ejus diametrum esse duorum pedum &c.

Quid gradus, et intensio?

54\. Gradus vocatur qualitatis quantitas. Licet enim qualitas non sit quantitas, potest tamen magnitudo quaepiam in ea considerari, atque adeo potest etiam ei una cum ratione quantitas tribui. Sic in corporibus quibusdam varios dicimus esse caloris gradus. Si gradum augeri concipiamus, tunc dicimus qualitatem intendi, et illud augmentum intensionem appellamus. Ita calorem aut frigus intendi asserimus, si calor aut frigus augeatur. Gradus vero ultra quem nullus amplius cogitari potest summus, vel ultimus appellatur.

Quid aequale, et inaequale?

55\. Aequalia dicuntur, quae eandem habent quantitatem; quae vero diversam, inaequalia vocantur. Duo globi ejusmodi diametri aequales sunt, inaequales si diversas habeant diametros. Hinc aequalitas non admittit magis, et minus ut dici solet: ubi enim vel excessus, vel minimus defectus est, ibi statim inaequalitas adest.

Quid simile, et

Quae iisdem qualitatibus praedita sunt similia, quae diversis dissimi-

lia

lia vocantur. Jam vero si qualitates omnes eaedem sint, perfecta similitudo habetur, si quae tamen imperfecta erit. Cui cum [illegible] collatio pro aequationis similitudinis exemplo adduci solet. Dissimile?

56.

Non levis inter veteres ipsos controversia fuit agitata, utrum duo perfecte similia, et solo numero diversa existere possint. Non posse duo perfecte similia existere, sententia est, quae jam olim teste Tullio multis ex Stoicorum familia placuit, [illegible] omnia sui generis esse, nihil esse idem quod sit aliud: Stoicum est quidem, nec admodum credibile, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, nullum granum. Haec refelli possunt, sed pugnare nolo. Sententiam hanc postea jam emortuam suscitavit Leibnitius, confidenter pronuncians, fieri non posse ut duo individua solo numero differentia in hoc mundo existant. Leibnitianam vero sententiam sequuntur Wolfius, Cantzius, Bulffingerus, Hanschius, Baumeisterus, Boehmius, [illegible], aliique. His vero opponuntur Philosophorum plurimi, nec minus illustres Newtonus, Clarkius, [illegible], [illegible], Mako, aliique quibus nostras [illegible]tas stabimus. Scholion.

8.

Duo individua perfecte similia, ac solo numero diversa existere possunt.

Propositio [illegible].

57.

Prob. Quae nec intrinsece, nec extrinsece repugnant, illa certissime existere possunt: sed duo individua perfecte similia, ac solo numero diversa nec intrinsece, nec extrinsece repugnant: ergo q. Min. prob. Duo talia individua non repugnant intrinsece, quia sive singillatim, sive simul [illegible], contradictionem non involvunt, ut ipse Leibnitius ipse perspexit, qui aperte fatetur, ea involvere impossibilitatem absolutam non esse. Sed neque repugnant extrinsece, quia eorum procreatio nullo pacto cum divinis perfectionibus pugnat, cum quod intrinsece possibile est, tale sit etiam extrinsece, quod

cla-

~~[illegible]~~ clarius ex refutatione rationum ab adversariis allatarum patebit: ergo duo individua perfecte similia, ac solo numero diversa existere possunt.

Objectio prima. 58. Opponit Leibnitius cum ~~[illegible]~~ Bocharnio: illud est impossibile, quod divinae sapientiae repugnat: atqui productio duorum entium perfecte similium divinae sapientiae repugnat; ergo &c. Min. prob. si duo entia perfecte similia producantur, nulla foret sufficiens ratio, cur unum sit potius in hoc quam in alterius loco, cum quippe ratio non esset in ipsis cum sint perfecte similia, neque in locis ipsis atque ideo Deus sine ratione sufficiente unum hic potius, quam alibi collocavit; sic hoc ipso duorum etiam perfecte similium divinae sapientiae repugnat.

~~[illegible]~~

Responsio. Con. maj. nego ~~[illegible]~~ illius prob. nego maj. et respondeo rationem sufficientem, cur aliquid sit in hoc potius quam in alio loco, nec in ente ipso nec in loco esse ponendam, sed in causa [illegible] quaerendam esse [illegible] igitur Dei libertate [illegible] omnes [illegible] pendet, utrum ex duobus perfecte similibus, si quae producuntur, hoc potius quam alio loco constituere [illegible]. Ceterum contra Leibnitium urgere possumus hoc modo juxta illius mentem: in duobus perfecte similibus impossibilitas absoluta non est, inde igitur possibilia sunt duo aut plura individua perfecte similia: cum igitur Deus aliquid procreat unum similium [illegible] plurimis aeque [illegible] quae est igitur [illegible] ratio sufficiens? [illegible]

Objectio secunda 59. Leibnitius ad experientiam provocat, et inquit: ex omnibus, quae sub sensus cadunt ~~[illegible]~~ corporibus, ne duo quidem folia in amplissimo agro [illegible], aut duae aquae guttae microscopio inspectae perfecte similes deprehenduntur. signum ergo evidens est, eas possibiles non esse atque [illegible] repugnare duo perfecte similia.

Responsio. Experientia nullam vim habet cum de possibilitate agitur, neque enim

omnia

omnia, quae possibilia sunt existunt. Quare, licet daremus, inter ea quae creata sunt, ne duo quidem folia, aut aquae guttulas perfecte similes reperiri, quod tamen accuratiori, et longiori observatione indigerat, quid inde contra possibilitatem duorum entium perfecte similium inferri posset? Duo certe hujusmodi entia non repugnant, ut supra ostendimus quamvis igitur non reperiantur existere tamen possent.

Urgemus etiam Baumeisterum in argumentum: si darentur, inquit, duo individua, quorum neutrum ab altero ulla ratione differret, tunc illa duo individua essent unum idemque, adeo unum idemque bis existere fingeretur. Cum vero unum idemque bis existere contra sensum communem sit, intelligitur fieri non posse, ut duo dentur individua, quae in omnibus ita sint similia, ut ab altero alterum discerni nequeat. — Objectio 3tia. 60.

At vero consecutionem hanc pernegat Leibnitius: _fateor, quod si duae res perfecte indiscernibiles existerent, illas fore duas; verum hypothesis falsa est, et contraria magno principio rationis sufficientis._ Nimirum si duo existerent perfecte similia, ea quidem essent unius ejusdemque speciei, non autem unum numero, quae duo a Baumeistero confunduntur. Qui ponit enim duo individua perfecte similia, ~~[illegible]~~ non ponit in utroque determinationes quoad entitatem numero easdem, sed similes, et quoad speciem easdem. Profecto sicuti in rebus inadaequate similibus non insunt aliquae determinationes numero eaedem; nam nec alias bis existerent; ita neque in rebus adaequate similibus determinationes forent numero eaedem. Errat igitur Baumeisterus. — Responsio.

Urgesit denique Winklerus, et ait: _ex perfectae similitudinis notione intelligimus, duo individua, omnino similia sunt, neque possibilitate neque existentia inter se differre posse._ Ita patet omnem perfectae simili- — Objectio 4ta. 61.

con

rum, si existere eas velimus, nominis unius [illegible] esse posse existentiam.

Responsio. Sed huic Wolffii sententiae se opponit Boutemius his verbis: concedimus quidem illam ideam, quae uni respondet, respondere etiam alteri; negamus vero unam eamdem esse ipsam alteram. Siquidem ex eo quod nos nec in possibilitate, nec in existentia duarum perfecte similium ullum discrimen deprehendamus, atque adeo ambo una idea repraesentare possimus, non sequitur ea in se esse unum, sicut licet unam tantum habeamus ideam vis ratiocinandi ac sentiendi, quae in unoquoque inest homine, neque tamen, ut in se sit existunt distinctae vires, quot sunt homines.

Instantia, et responsio. Neque dicas duo perfecte similia neque ab ipso Deo discerni posse. Nam licet nos in duobus perfecte similibus nullum discrimen agnoscamus; erit tamen in eis semper aliquod, idque ab infinita intelligentia perspici poterit, ipsum nimirum hoc esse, quod in uno inest, et non in altero, ac quod unum non est alterum. Quod si autem per notas internas discerni non possunt, non desunt externae quaedam notae, per quas intellectus divinus non modo, sed nos ipsi unum ab alio discernere possimus.

Quid dependentia? O'2. Entia dependentia dicuntur illa quae in alio rationem sufficientem agnoscunt, cur aliquid sibi insit. Ita creatae res omnes dependent a Deo cum existentia, quam obtinent, ratio sufficiens in Deo continetur. Obtinet ab altero dependet intrinsece, si hoc ad eius essentiam, extrinsece autem si ad existentiam tantum, aut ad qualitatem aliquam requiratur. Hinc ens quodlibet a suis essentialibus intrinsece pendet; mundus contra a Deo, effectus quivis a sua causa extrinsece tantum dependent [illegible].

Quid connexa? Entia connexa dicuntur quorum unum dependet ab altero, vel

vero

vero eorum dependentia mutua appellatur. Cave tamen ne connexa 63.
cum dependentibus confundas: licet enim omnia dependentia sint con-
nexa, non tamen omnia connexa sunt dependentia. Deus cum rebus crea-
tis connexus est, non tamen ab iis dependet; res vero creatae et cum
Deo connexae sunt, et ab eo dependent.

Si duo diversa entia ita comparata sint, ut posito uno, alterum tolli Quid opposita, et
necesse sit, opposita vocantur: sin posito uno, alterum tolli necesse non disparata?
sit, disparata dicuntur. Ex. gr. Odium, et amor ejusdem rei opposita sunt: 64.
amor, et tristitia sunt disparata. Jam vero si posito uno tollitur alterum
ita, ut altero sublato hoc ipso ponatur primum, contradictoria inter se et
opposita, sive sunt opposita ita ut nullum medium admittant ita lux, et tene-
brae, vita et mors, veritas, et falsitas. Si autem posito uno tollatur quidem al-
terum sublato tamen altero non hoc ipso primum restituatur, inter se oppo-
sita contraria habentur, sive sunt opposita, quae medium admittere dicuntur. Ex-
ejusmodi sunt amor, et odium, gaudium, et tristitiam

Caput 5.

De substantia, et accidente, ubi etiam de subsistentia, de supposito, et persona.

Substantia est id, quod per se subsistere potest, nec indiget alio, cui tan- Quid substantia,
quam suo subjecto inhaereat. Accidens est id, quod per se subsistere non po- et accidens?
test, sed indiget alio, cui tanquam suo subjecto inhaereat. Sic anima hu- 65.
mana est substantia: perceptio vero, et volitio sunt accidentia. Hinc por-
ro patet, quidquid existit vel substantiam esse, vel accidens.

Wolfius, aliique substantiam definiunt esse subjectum perdurabile, et Scholion
modificabile, idest quoddam, quod saltem per tempus aliquod durat, et si-
mul diversarum modificationum sit capax. Haec definitio luce angustior est a
defi-

definita. Namque si id solum substantiae nomine veniat, quod diversarum modificationum est capax, palam est, substantiam in creatis duntaxat rebus quaerendam esse cum diversae modificationes in Deo locum non habeant. Atque hoc sensu vocabulum substantiae sumit Augustinus, qui lib. 7. de Trinit. ait: Deum nonnisi abusive substantiam vocari posse. Benedictus Spinoza non impie minus, quam inscite parte prima Ethices definitione 3tia substantiam vocat id, quod in se est, et per se concipitur; hoc est cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei a quo formari debeat. Certus homo per verba quod in se est, nequaquam notionem intelligit id, quod per se subsistit et quod alteri tanquam subjecto non inhaereat, neque enim ex hac notione ea quae ex ejus theoremata ullo modo consequuntur. Sed in se esse tantundem illi sonat, atque a se esse. Similiter cum ait, substantiam esse, cujus conceptus non eget conceptu rei alterius a quo formari debeat, minime illud intelligit, in conceptu substantiae non includi explicite, et formaliter alterius rei conceptum et in conceptu substantiae non includi conceptus accipiens; hinc enim nullam novam conclusionem deduceret, verum contendit, in conceptu substantiae nullam notionem comparativam includi, adeoque debere esse relationem inter substantiam et ens quod aliud; proinde nec id quod ad aliud quoque modo refertur substantiam esse non posse. Quis autem istud concedabit Spinozae absque ulla probatione? et tamen ex hoc velut fundamento deprompsit nec illa creata substantia effici non posse; unicam existere; spectabilem hanc rerum universitatem Deum ipsum esse.

Quae substantiae divisio? 16

Substantiam dividi posse in perfectam, et imperfectam. Perfecta ea est, quae non solum alio ente non indiget cui tanquam subjecto inhaereat sed nec alio, a quo creatur et conservetur atque ejusmodi substantia est ens a se, sive solus Deus. Imperfecta est quae alio quidem non

indi-

indiget, cui tanquam subjecto inhaereat, indiget tamen alio a quo ipsa creatur, et conservatur, cujusmodi est anima humana. Est et alia substantiae divisio in ips spiritualem, materialem, et fortasse mediam. Ad spiritualem pertinet Deus, qui solus unam speciem constituit, Angeli qui plures superiorem speciem in alias inferiores divisibilem affirmare, et denique animae humanae, quae unicam speciem constituere videntur. Ad substantiam materialem pertinent ea omnia, ex quibus mundus hic aspectabilis coalescit. Substantia intermedia esset, quae neutrum illorum foret, qualis potissimum est anima brutorum. Substantia denique dividi solet etiam in substantiam completam, et incompletam. Completa est, quae ex natura sua non ordinatur ad constituendum cum altera quavis substantiam aliquam tertiam, seu aliquid compositum. Ejusmodi substantia completa est Angelus. Incompleta dicitur, quae ex natura sua ordinatur ad compositum aliquod cum altera constituendum. Ejusmodi est anima hominis, quae natura sua ad id est ordinata, ut organico corpori unita hominem constituat.

Accidens prout substantiis vel spiritualibus, vel corporeis, vel intermediis ut- *Quae accidentis divisio. 2*

cumque inhaeret dividi potest in spirituale, corporeum, et etiam intermedium: accidens spirituale sunt ex. gr. perceptio, et volitio; corporeum figura, rotunditas &c. *§ 7.* Tum vero accidens sive spirituale, sive corporeum, sive intermedium etiam sit, aliud absolutum dicitur, aliud respectivum. Illud est, quod concipitur in subjecto absque comparatione alterius, ut color, sapor &c. Alterum est quod sine alterius comparatione concipi omnino non potest, ut similitudo, quam habet, ex. gr. corpus A. ad corpus B.

Peripatetici nominarunt quoddam accidentis genus, quod accidentis *Scholion* absoluti nomine insignivere. Erat autem id accidens absolutum, quod tamen mediante naturae cursu, nec produci, nec existere posset extra subjectum.

iectum, possit tamen supernaturaliter cum sit entitas, ut ipsi loquuntur, a substantia subiecti prorsus distincta. Ejusmodi accidens illis erat cognitio, volitio, color, calor &c. At hodierni Philosophi ejusmodi accidens absoluta penitus rejiciunt; namque esset, inquiunt, et non esset accidens, esset ut dicitur, non esset, quia per se virtute saltem divina subsisteret, proindeque esset substantia non accidens. Opponunt quidem in S. Eucharistiae consecratione perfecta sine substantia panis, et vini, species tamen remanere, colorem scilicet saporem &c, quae nihil aliud, inquiunt, esse possunt, quam accidentia absoluta sine substantia existentia. Verum recentiores Philosophi respondent species illas inde proficisci, quod Christus in Eucharistia per easdem actiones ~~[illegible]~~ supernaturales in organa nostra impressiones facere dignatur, quas panis et vinum facerent, si adessent. Neque vero, inquiunt, hinc consequens fore dicas, quod Christus in Eucharistia nobis illudat. Namque crescendae nostrae fidei gratia panem et vinum dicto modo supplere ~~dign~~ dignatur, non ut nos in errorem inducat. Et sane species, quo nomine semper usa sunt Concilia Lateranense, Florentinum, et Tridentinum, latius idem est, ac apparentia. Remanent ergo apparentiae ~~panis~~ panis, et vini, sub quibus vere continetur Christi corpus, et sanguis. Ceterum, quod ad Eucharistiae sacramentum attinet, illud certissime tenendum est, substantiam panis, et vini post consecrationem non ~~[illegible]~~ remanere, remanere tamen sensibiles panis, et vini species, quas si accidentia absoluta appellare quis velit, id per nos licet: quae vero sint et in quo ejusmodi accidentia consistant, quaestio est mere Philosophica, quam Ecclesia necdum definivit.

Quid subsistentia?
68.

Subsistentia est ultimum entis complementum, quo fit ut ens illud sui iuris sit, totiusque complexus omnium suarum functionum, ac proprietatum principium. Subsistentia a Graecis hypostasis, a veteribus scholasticis suppositalitas

dici-

dicebatur, unde resultat substantia singularis redditur sui juris, et incommuni-
cabilis alteri, ac intelligitur per se, et complete existens.

Suppositum est substantia singularis ultimo completa. Ita homo, in quo Quid suppositum?
vides est suppositum est enim primo substantia, non purum accidens. est enim 69.
de substantia incommunicabilis, fieri enim nequit, ut hic homo alteri ho-
mini communicetur, et tamen maneat hic homo. Est denique substan-
tia completa, cum de ratione naturae non sit, ut cum altero quopiam unitur
seu compositum quoddam tertium constituat. Sic etiam equus, leo, canis
&c. supposita vocantur: sunt enim substantiae singulares ultimo completae.

Suppositum ratione praeditum persona vocatur, ut Angelus, Petrus &c. Persona Quid Persona?
definitur etiam a Boetio, naturae rationalis individua substantia. Hominem enim 70
inquit ille, dicimus esse personam, dicimus Dei dicimus Angeli, non arboris, non
equi; quia Deus, Angelus, et homo sunt naturae rationales; non arbor, non equus.

Suppositum igitur comparatum ad personam est, ut genus comparatum ad speciem. Corol. primum.
Hinc omnis persona est suppositum; at non vicissim. Ergo Petrus est persona, at-
que adeo est etiam suppositum; leo est suppositum, non item persona.

Hinc vides etiam discrimen quod intercedit inter substantiam, et personam. Plu- Corol. alterum.
ra quippe ad personam requiruntur, quam ad substantiam. Ad rationem enim
substantiae satis est, ut sit in seipsa, non autem in alio subsistat: ad personam vero
constituendam requiritur substantia totalis quae per alterius assumptionem ac con-
sortium non perficiatur, quaeque sit sui juris, naturamque operationum princi-
pium ut ipsi soli non alteri tribuantur. Unde natura est illius anima; actio-
nes sunt suppositorum.

Cum naturam, seu substantiam et personam unam idemque esse aliqui Scholion.
nominibus differre haeretici nonnulli existimarent, inde in gravissimos errores
prolapsi sunt circa sanctissimae Trinitatis, et Incarnationis Domini mysteria. Unius

Fides

Fides catholica docet, in Deo unicam esse naturam ~~spiritu~~ ~~spiritualem~~ substantialem, tres vero Personas, sive Hypostases, docet 2do in Christo duas esse naturas divinam, et humanam, unicam vero Personam. Porro circa duplex illud fidei dogma graviter errarunt Sabelliani, Ariani, Nestoriani, et Eutychiani, quibus certissimum videbatur inter naturam, et personam nihil esse discriminis. Sabelliani scilicet Trinitatis mysterium inficiati sunt, asserentes in Deo, sicuti unica est natura, sic unicam esse personam. Ariani e contra ex eo, quod in Deo tres sint personae, tres etiam ~~etiam~~ esse naturas inferebant. Nestoriani adversus Incarnationis mysterium argumentati, ex eo, quod in Christo duae sint naturae, divina, et humana, duas etiam esse personas inferebant. Eutychiani denique ex opposito unicam in Christo agnoscentes personam, unicam quoque naturam esse contendebant. Quos quidem quatuor errores variis in conciliis anathemate confixit Ecclesia. Sed ut sacrae Theologiae candidati ad Incarnationis tractatum progredientes, et ad Haereticorum errores dignoscendos praeparentur, placet hic leges quasdam unionis ~~unius~~ unius substantiae cum altera subjicere.

Leges unionis unius substantiae cum altera

71. Jam vero triplici modo substantia una cum altera uniri potest: nempe cum substantia nobiliori, cum substantia ejusdem perfectionis, et denique cum substantia ignobiliori. 1mo itaque, si substantia una alteri substantiae ~~nobiliori~~ nobiliori unitur, ita ut in suis operationibus a nobiliore pendeat, substantia ignobilior suppositum non constituit, quia nobiliori subjacet, proindeque suarum operationum non est principium totale et integrum. Hinc humana in Christo natura suppositum non est, neque persona, quia in suis operationibus pendet a Verbo, tanquam a totali suarum operationum principio.

2do si substantia una alteri ignobiliori conjungatur, a qua tamen

in

in suis operationibus pendeat, ut anima hominis a corpore; tunc substantia perfectior non constituit suppositum, sed suppositum eo in casu ex duabus substantiis coalescit. Ejusmodi suppositum est ex. gr. Petrus animo constans et corpore.

3tio si substantia nobilior cum ignobiliore conjuncta in suis operationibus ab ignobiliore non pendeat, quamvis haec ab illa pendeat, sola nobilior constituit suppositum. Hinc natura divina in Christo eo ipso, quod a natura humana non pendeat, habeat solam rationem suppositi, seu personae; proinde quamvis licet duae sint naturae divina, et humana, unica est persona, eaque divina.

4to si substantia una alteri aequalis perfectionis substantiae unitur, ita ut altera ab altera pendeat, neutra suppositi rationem induit, cum neutra totius rationem habeat, sed solum partis ad totum aliquod suppositum constituendum confluentis. Ita ex. gr. ex duabus ~~auri~~ auri massis unicum consurgit suppositum, quale est aurea corona.

Divinas subsistentias expendere ad Theologos non ad Philosophos pertinet. Ad subsistentiam cujuslibet entis creati quod attinet, dissident inter se Metaphysici in quo sit reponenda. Recentiores Philosophi, quibus nos assentimur, subsistentiam in negatione unionis cum ente alio communiter constituere existimant. Et sane cujuslibet entis creati subsistentia per id habetur, quo illud redditur adaequatum omnium functionum, atque proprietatum principium; sed quodlibet ens creatum per solam negationem unionis cum altero, redditur adaequatum omnium ~~principium~~ functionum, atque proprietatum suarum principium, nulla alia super addita forma: ergo etc. Sic quia Petrus alteri naturae, quae eum perficiat, non conjungitur, ita est sui juris, suarumque operationum principium, ut ipsi non autem alteri tribuantur, Scholion.

ipsa

ipse dicitur loqui, ambulare, bene, vel male agere &c. Si vero Petrus alteri sub-
stantiæ nobiliori copularetur, v. gr. angelicæ, cujus consortio perficeretur;
tunc non ipse Petrus, sed Angelus loqui, ambulare &c. diceretur. Hinc quic-
libet Angelus, homo, brutum, arbor &c. unam habet subsistentiam: at corpus
vel anima hominis donec unita sunt, ramus arboris donec ab arbore avellatur
subsistentia sua carent; ideoque quamdiu unita persistunt, non supposita, sed sup-
positi partes dici solent.

Caput 6.

De Ente finito, et infinito; mutabili, et immutabili; necessario, et contingente.

Quid finitum, et infinitum? 72.

Finitum est quod certis limitibus continetur, quod vero nullis limitibus con-
tinetur infinitum vocatur. Limes porro sive terminus dicitur id, ultra quod nihil
est in re, quod quidem ad eam pertineat: sic ubi libri hujus partes desi-
nunt, limites incipiunt, ultra quos nihil comperire possumus, quod ad li-
brum tanquam pars pertineat. Cum etiam vero limes est, ubi realis perfectio
deficiunt facile intelligis, cur limitem nonnulli vocent ulterioris reali-
tatis defectum.

Corol. Cum finitum limites habeat proindeque defectu ulterioris realitatis
laboret; hinc manifestum est finitum non habere actu omnia quæ ha-
bere potest; atque ideo majus aliquid cogitari posse. Quare finitum sic
etiam definiri potest, id esse nempe, quod non habet actu omnia, quæ
habere potest, et quo majus aliquid in eodem genere concipi potest. Infini-
tum vero, quod habet actu omnia quæ habere potest et quo majus aliquid
in eodem genere cogitari nequit.

Scholion. Notatu accurate dignum debet infinitum cum indefinito confundendum
non esse. Indefinitum enim illud est, cujus limites quamvis reperiuntur, a

no-

nobis, tamen assignari non possunt, ut limites hujus universi. vel etiam indefinitum dicitur, quod in se determinatum non est, ut partes in quas datum quodvis spatium, aut tempus distribui potest. Hinc gravissime errat ~~[illegible]~~ Hobbesius dum ait: quando dicimus aliquid esse infinitum, non aliud in re significamus, quam impotentiam tantum in animo nostro; tanquam si diceremus, nescire nos, an et ubi terminetur.

Infinitum, si scholasticos attendas, aliud est syncategorematicum, aliud categorematicum. Illud est, quod sine fine augeri potest; alterum quod actu infinitum esse concipitur. Sed quid nos circa haec infinita sentiamus, sequentes propositiones palam faciant. Quotuplex infinitum.[2] 73.

Quod sine fine augeri potest, infinitum esse non potest. 9 Propositio 9na.

Prob. Quod sine fine augeri potest, illud sine fine finitum est; sed quod sine fine finitum est, infinitum esse non potest: ergo quod sine fine augeri potest, infinitum esse non potest. Major per se patet, sic tamen majoris claritatis gratia probari potest. Quod sine fine augeri potest, nunquam habet actu omnia, quae habere potest, atque majus aliquid sine fine concipi potest; sed quod nunquam omnia habet actu, quae habere potest, et quo majus aliquid sine fine concipi potest, sine fine finitum est: ergo quod sine fine augeri potest, sine fine finitum est. Porro etiam minor clara est, quia secus unum idemque finitum simul, et infinitum esse posset: quod cum absurdum sit, patet quod sine fine finitum est, infinitum esse non posse; proindeque infinitum syncategorematicum nunquam in infinitum categorematicum evadere posse. 74.

Numerus actu infinitus repugnat. 10. Propositio 10ma.

Prob. Quod sine fine augeri potest, actu infinitum esse non potest: sed quivis numerus sine fine augeri potest: ergo nullus numerus actu infinitus esse potest. Min. prob. Cuivis numero saltem numero [illegible] addi potest unitas 75.

unitas, et hac adjecta rursus alia, atque alia sine fine: atqui unitate adjecta numerus major efficitur, proindeque augetur: ergo quivis numerus sine fine augeri potest. Min. prob. Quivis numerus considerari potest ut compositum quoddam, in quo unitates partium vices agunt: sed compositum quodvis adjecta parte augetur: ergo unitate adjecta numerus major efficitur; atque ideo infinitus esse non potest.

Objectio prima. 76. Opponunt tamen nonnulli, et inquiunt: numerum finitum unitatis adjectione augeri, non item infinitum: ergo licet unitas addatur.

Responsio. Frustra tamen id nobis objiciunt: vellem enim ut palam nobis edicerent quam sibi de numero in genere spectato ideam conforment. Certe unusquisque ex definitione generis fluere debeant, necesse est ut statuant, quod sit numeri genus, quod in infinitum augmenti incapacem, et finitum capacem augmenti tanquam suas species dispescit. Definiant igitur nobis genus istud, eamque adferant definitionem, quae in utramque speciem conveniat; quod nisi praestiterint, objectioni suae nihil dixisse censendi sunt. Ceterum si celeberrimo quondam ~~mathematico~~ mathematico de la Caille credimus, numerus quantitas semper est quantitas composita a partibus separatis; quantitas autem est magnitudo quae augeri vel minui potest. Quae docere Euclides etiam; numerus, inquit inquit, est plura una.

Objectio 2da. 77. Instant alii, et dicunt, numerum infinitum per unitatis adjectionem materialiter augeri posse non formaliter. Alii denique mathematicorum infinita commemorant, ex quibus ipsum posse arbitrantur, numerum actu infinitum non repugnare.

Responsio. Verum neque primi, neque 2di quicquam proficiunt. Et ad primos quod attinet cum unitates sint numeri cujusvis partes, unitate addita numerum etiam infinitum, non minus ac finitum augeri necesse est. Alii perperam ma-

the-

thematicorum infinita commemorant; mathematicorum enim infinita sunt ima-
ginaria tantummodo, ut sive extensionem, aut numerum imaginemur ve-
rumtamen, quare a mathematicis ejusmodi infinitis ad numerum actu infinitum il-
latio non valet.

Neque reponant adversarii: finitum finito additum finita non constituere infinitum; tum possit finitum finito additum in infinitum. Cum autem additio in infinitum absolvi nunquam possit hoc ipso, quod in infinitum sese porrigat clarissime constat per ejusmodi additionem ~~numerum~~ numerum finitum sine fine fore augendum, quin unquam infinitus evadat. Instantia, et responsio.

Hinc facile colligi potest, tempus reale actu infinitum esse non posse, cum in- Corol.
finitis constet momentis, aut quibusvis partibus determinatis, v. gr. horis, quadran-
tibus etc. idem dicendum est de ~~spatio~~ spatio reali, quod cum partibus realibus
constat, infinitum esse non potest, nisi partes quoque ipsas numero infinitas
facias.

Ens infinitum numero unicum esse potest. 11. Propositio. 78.

Prob. Ens infinitum est ens absolute perfectum; sed ens absolute perfectum numero unicum esse potest; ergo etc. Min. prob. Si duo essent, eadem at libertate, et efficacissima voluntate pollerent; ergo pugnantia velle possent: fieri igitur posset etiam, ut vel duo pugnantia vera essent, vel ut alterutrum id, quod efficacissime vellet, obtinere non posse; sed utrumque repugnat: manifestum est igitur ens infinitum numero unicum esse posse.

Confirmatur. Sint si fieri potest, duo entia undequaque infinita, vel unum haberet eundem numero perfectionum, quas habet alterum, vel non: si primum non jam duo, sed unum idemque ens infinitum erit; si alterum neutrum erit infinitum, cum non habeat actu omnes possibiles perfectiones; posset e-nim praeter suas easdem habere numero perfectiones, quas habet alterum

ig.

igitur duo entia infinita possibilia non sunt, proindeque ens infinitum non-nisi unicum esse potest.

Objectio, et re-sponsio.

79. Sed nunquam eveniet, inquiunt, ut duo entia perfectissima in volendo dissentiant. Verum quid inde? ~~esto~~ esto idem semper velint: volunt tamen liberrime: poterunt igitur dissentire. poterit unum velle ut Mundus existat, alterum ut Mundus non existat; proindeque fieri poterit etiam, ut vel mundus simul existat, et simul non existat, vel ut alterutrius voluntas, quod efficacissime vult, non obtineat; quod utrumque absurdum est.

Propositio 4ta.

Ens, cujus vel unicum attributum est infinitum, est quoque infinitum.

80. Prob. Ens, cujus vel unicum attributum est infinitum, essentiam habet infinitam: sed ens, cujus essentia est infinita, infinitum est: ergo q. Minor indubitata est; ens enim quodlibet tale est, qualis est ejusdem essentia, per quam solum est id quod est. Major autem inde patet, quod nota sufficiens attributorum in essentia continentur.

Objectio, et re-sponsio?

81. Neque dicas, ens, cujus unicum attributum est infinitum, habere essentiam infinitam in illa linea; non autem in aliorum attributorum linea. Nam quo-cunque contingit, ut essentia constet unica nota, in qua si vel unicum attributum infinitum fundatur, eamdem infinitam esse oportet. Deinde finiti ad infinitum nulla est proportio: si ergo una nota essentialis est infinita, caeterae omnes infinitae esse debent, licet sint numero infinitae: nisi contendere velis, unum idemque ens iis constare posse notis, veluti partibus, quae nullam inter se proportionem habent. [illegible] necessarium.

Quid ens mutabile, et immutabile?

82. Ens mutabile vocatur illud cujus internus status mutari potest, seu quod progressu temporis alios, atque alios status obtinere potest; quod autem, cujus internus status absolute mutari nequit, immutabile dicitur.

Quid mutatio sta-

Cum determinationum ~~earum~~ collatio, quae enti conveniunt, ejusdem entis sta-tum

bus constituunt; hinc entis status tunc mutari dicitur, cum ens novam quampiam …us, et quotuplex?
notam acquirit, quam prius non habuit, aut eam amittit, quae prius ipsi convenit. 83.
Jam vero si nota illa, quam ens acquirit, aut amittit, sit enti eidem interna, uti sunt
modi, ex. gr. si quis ex rudi fiat doctus, ens illud interni status mutationem subit.
Quod si autem nota illa sit pura ejusmodi relatio, quae acquisita vel amissa, nihil
interna addatur enti, vel demantur; tunc nonnisi externus entis status immutatur.
ut si Paulus in statura crescens Petro nihil crescenti aequalis fiat; ~~[illegible]~~ Petrus de-
nominationem aequalis Paulo acquirit, quae nonnisi externum ~~[illegible]~~ Petri sta-
tum mutabit. Quamquam haec solius externi status mutatio, quoniam nihil
interna enti addit, aut demit, impropria entis mutatio est.

Ex his conspectum est omne ens finitum mutabile esse; alios enim atque Corol.
alios status progressu temporis nancisci potest. Ex adverso promum est colli-
gere, ens infinitum absolute immutabile esse.

Necessarium generatim dicitur, quod nequit non esse, seu cujus oppositum est im- Quid necessarium,
possibile. Necessarium ex. gr. est, ut alicubi sit, quidquid in natura rerum est. et quotuplex
Jam vero quemadmodum aliud absolute, aliud hypothetice impossibile est, ita- 84.
que aliud est absolute necessarium cujus videlicet oppositum est absolute im-
possibile; aliud hypothetice necessarium, cujus nempe oppositum hypothetice tan-
tum impossibile est. Ex. gr. absolute necessarium est ut pars sit minor toto. ut au-
tem dies sit, est hypothetice tantum si nimirum sol supra horizontem versetur.

Quoniam autem conditio, qua posita aliquid est necessarium, a diversis causis Quid necessitas ante-
proficisci potest; hinc alia oritur necessitatis divisio in antecedentem, et conse- cedens, et conse-
quentem. Si conditio nullo modo dependeat ab eo ipso, qui necessitatem subit, ita quens?
ut nec vitare, nec impedire possit, talis necessitas antecedens [illegible] 85.
ut eam vocant: sin conditio ab eo ipso dependeat qui necessitatem subit, ita ut
eam vel evitare vel impedire possit erit necessitas consequens, seu ut aliis pla-
cet

est consequentis. Juvat rem exemplo illustrare. Si quis vinculis te constrin-
gat, ita ut iis expedire te nequeas, hæc vinculorum injectio inducit necessitatem
antecedentem omittendi ambulationem; proindeque omissio hæc est tibi neces-
saria necessitate antecedente. Quod si vero vinculis expedire te possis, ac tamen
expediri negligas, ambulationis omissio tibi ita ligato est quidem necessaria; sed
necessitate solum consequentis. Necessitas dividi potest etiam in Metaphysicam,
physicam, et moralem; sed harum definitiones ex iis deduci possunt, quæ de impos-
sibilitate metaphysica, physica, et morali superius dicta sunt.

Quid contingens? Contingens est, cujus oppositum non est impossibile. Aliter prandere, atque est com-
§ 7 tet. Sic contingens est, me nunc loqui; potuissem enim tacere.

Corol. Ex his omnibus facile colligis, quod necessitatem absolutam contingentiam tollere,
non item hypotheticam. Quicquid enim est absolute impossibile, nunquam fieri po-
test possibile: igitur determinatio illi opposita quæ est absolute necessaria, nus-
quam fieri potest possibilis; atque adeo neque dici ulla unquam [illegible]. Hac
ratione omnis contingentia tollitur. Necessitas ergo absoluta contingentiam tollit. Con-
tra quod hypothetice tantum est impossibile, in se spectatum possibile est; et remota
illa hypothesi, evadit absolute possibile. Igitur oppositum illi quod est hypothetice ne-
cessarium, evadere potest possibile: atqui hac ratione contingentia non tollitur. Neces-
sitas ergo hypothetica contingentiam non tollit. Ex allatis colliges deinde, necessitatem an-
tecedentem libertatem tollere, non item consequentem. Conditionem illam, ex qua o-
ritur necessitas antecedens, nullo modo liberum est illi, qui necessitatem subit. At con-
ditio, ex qua oritur necessitas consequens, libera est illi, qui necessitatem subit. Quare
si tollere illam velit, eam potest; signum est, quod velit oppositum illi, cujus nunc
habet necessitatem. Certe si noles tollere vincula, dum potes, ostendis te ambula-
re nolle. [illegible]

Quid est necessarium. Ancipites de necessario, et contingente generatim egimus. Nunc de ente ab-
solu-

soluto necessario, et contingente specialim agemus. Est autem ens absolute necessarium ens, et contingens: quod non potest non existere, seu quod necessario existit, atque adeo cujus existen- 87.
tia in notis ejusdem essentialibus continetur. Contingens vero quod potest existere, vel non existere, seu indifferens est ad esse, perinde atque ad non esse; vel aliter, atque est, esse potest [illegible]

Cum omne ens vel ita existat, ut non potuerit non existere, vel ita existat, ut ~~[illegible]~~ potuerit non existere, inde manifestum est ens omne vel necessarium esse, vel contingens. [illegible] Corol.

12. Propositio 3a.

Ratio sufficiens existentiae entis contingentis est in alio, et quidem in solo ente necessario. [illegible] 88.

Pars prima prob. Ens contingens est, quod existere potest, aut non existere, seu quod est indifferens ad esse, perinde atque ad non esse: ergo ad hoc ut existat, indigat alio, a quo determinetur ad existendum; sed illud aliud continet rationem ~~suffi~~ sufficientem illius existentiae: ergo ratio sufficiens existentiae entis contingentis est in alio.

Pars altera prob. Ens omne vel necessarium est, vel contingens; sed ratio sufficiens existentiae entis contingentis nequit contineri in ente contingente: ergo continetur in ente necessario. Maj. prob. Omne ens contingens est sibi insufficiens ad existendum; indifferens enim est ad existendum perinde atque ad non existendum; sed quod insufficiens sibi est ad existendum nequit continere rationem absolute sufficientem existentiae alterius: ergo ratio absolute sufficiens existentiae entis contingentis in ente contingente contineri non potest. Min. prob. Quod sibi sufficiens est ad existendum, nec existentiae rationem sufficientem in se continere non potest: ergo nec existentiae alterius, cum ea hanc illa requiratur. Quae quidem ratiocinatio cum de quovis ente contingente institui possit, patet rationem sufficientem entis contingentis in solo ente necessario contineri posse.

Corol.

Coroll. Si ergo existunt entia contingentia existit etiam ens necessarium, in quo ratio sufficiens entis contingentis contineri potest. Entia porro contingentia existere, jam ex perpetua rerum hujus universi mutatione constat: existit ergo etiam ens necessarium.

Objectio, et responsio. 89. Allatae demonstrationis robur labefactari posse arbitrantur aliqui, si entia contingentia numero infinita ponantur. Frustra tamen. Namque praeterquam quod numerum actu infinitum repugnare jam propositione 5ta capitis hujus ostendimus, illud etiam accedit, demonstrationem de uno contingente institutam ad quemvis etiam numerum infinitum extendi posse. Cum enim cuivis enti contingenti seorsim accepto conveniat habere rationem sufficientem existendi in alio absque ulla relatione ad cetera entia contingentia; jam argumentatio valebit a sensu distributivo, ut ajunt, ad collectivum, hoc est a singulis entibus ad ipsam seriem etiam infinitam.

12. Propositio 6ta 90.

Ens absolute necessarium existit a se.

Prob. Illud a se existere dicitur, cujus ipsa essentia est ratio sufficiens, cur existat. Atqui ratio sufficiens cur ens absolute necessarium existat in ejus essentia comprehenditur. Ens ergo absolute necessarium existit a se. Major certa est, minor etiam ex eo constat, quod reliqua entia necessaria non necessario, sed contingenter existerent. Ens ergo absolute necessarium a semetipso existit, seu est ens a se. [illegible]

Coroll. primum. Ens ergo absolute necessarium existit tanquam ens aliud ab eo diversum non existeret atque adeo entis alterius ope ad existendum non eget.

Coroll. 2dum. Neque vero minus perspicua est conversa propositio, quod nihil sit ens a se existens nisi ens absolute necessarium. Quidquid enim rationem habet existentiae in sua essentia, illud necessario habet[+] proindeque est ens absolute necessarium.

[+] Tamen ens absolute necessarium est et immutabile, ens a se quam unice sua essentia existentiam a sua essentia habet. Ens ergo a se existentiam necessario habet.

Ratione.

Plurima sunt, quae de ente absolute necessario fusa hoc loco agi possent, ac *Scholion.*
praesertim illud, ens nempe hujusmodi in se perfectiones omnes possibiles absque ul-
lo limite complecti, quod quidem erat totius Theologiae naturalis basis, ac fun-
damentum. Nos, tamen ne longiores, quam par est in hac Ontologia simus,
rem hanc in Theologia naturali pertractandam reservamus, ubi de Divina
essentia, ejusque attributis generatim agemus.

Caput [illegible]

De extenso, continuo, et contiguo, tum de spatio, loco, et tempore.

Extensum dicitur, quod constat partibus extra se positis, ac vel reipsa, vel saltem judicio sensuum conjunctis, ut tabula vitrea vel marmorea, atque abstractum vocatur extensio, quae proinde aliud non est quam positio partium existentium extra partes. *Quid extensum, et extensio?* 91.

Non ergo sufficit ad extensionem, ut plura extra se invicem sita sint, sed conjungi praeterea saltem sensu nostro utcumque apparere debent. quare globi plures simul existentes, neque tamen simul constricti, unum extensum minime constituunt; at si liquefacti in massam unam coalescant, ac extensum erit. Hinc omne ens extensum est ens compositum, et viceversa quoque omne ens compositum est ens extensum. *Corol.*

Continuum est id quod extensum, cujus partes ita conjunguntur, ut aliae nedum interseri nequeant. Dividitur in mathematicum, et physicum. Continuum mathematicum, quod aliqui metaphysicum nominant, est illud, cujus partibus nullae neque limites interjecti sunt, sed quod stricte continuum est; ex. gr. tempus, linea etiam neque interrupto fluxu puncti generata. Physicum dicitur a nonnullis, cujus partes judicio quidem sensuum continuantur, ita ut nihil aliud interseri possit, re ipsa tamen exiguis quibusdam intervallis sensus nostros effugientibus *Quid continuum et quotuplex?* 92.

tibus separatis erit; ut tabula [illegible]

Quid contiguum?

93. Contigua dicuntur duo vel plura composita, seu extensa sic consociata, ut eorum superficies extremae mutuo contingant, ipsa tamen maneant plura, nec unum extensum constituant: globi duo sese contingentes, neque tamen in extensum unum conflati, contigui sunt. Eum vero attactum, qui requiritur inter contigua, ita a quibusdam dividi solet, ut alius sit mathematicus, alius physicus. Mathematicus ea est, qui sese ita contingunt, ita nempe ut nullo intervallo sejunguntur. Physicus vero inter illa, quae nihil distant inter se; earum tum exiguo intervallo, ut ope [illegible] percipi possit.

Quid simultanea et successiva?

94. Simultanea dicuntur, quae eodem tempore simul exsistunt, ut sol, luna, stellae. Successiva autem, quae tametsi non coexistant, ita tamen inter se conjunguntur, ut dum unum desinit, alterum incipiat exsistere, ut dies, menses, et anni.

Quid spatium?

95. Spatium, juxta vulgarem ideam, definitur locandorum corporum possibilitas. Ubi enim advertimus corpus aliquod locari posse, ibi spatium adesse colligimus. Negamus contra esse spatium, cum nihil amplius locari posse cogitamus. [illegible] spatium, [illegible] jam ~~confectum est [illegible]~~

Quotuplex spatium?

96. Spatium [illegible] describitur spatium absolutum. Philosophi [illegible] sine ullo ad ipsa corpora [illegible] relatione illud concipere [illegible] et aliud spatii genus, quod relativum vocant, atque aliud quod ad corpora ipsa refertur per quae determinatur, et mensuratur. Tale spatium est, ex. gr. quod quatuor his parietibus continetur. Spatium hoc tanquam pars spatii absoluti considerari potest. Nonnulli spatium ita dividunt, ut aliud reale, aliud imaginarium vocent. Quando nihil [illegible] concipitur esse [illegible] possibile, quod [illegible] et exsistere possit, spatium concipitur

ab-

abstractum, atque imaginarium; quum vero repraesentatur ordo, quo entia neque existentia connectuntur, spatii realis notio formatur. Sic spatium, quod a.gr. in foro hujus urbis cernimus reale est; quod vero ultra hunc mundum sine fine porrigi concipimus, ubi mundus alter collocari possit, est imaginarium.

Sed gravis inter Philosophos quaestio est, utrum spatium absolutum sit aliquid pure imaginarium, abstractum, vacuum, et ut ajunt spatiorum nihil. an vero sit aliquid reale, positivum, a parte rei subsistens. Qui illud tanquam aliquid verum subsistens defendunt, alii creatum, alii increatum esse docent. Qui increatum volunt, iterum in duplici sunt differentia. alii cum Moro, Newtono, Clarkio, aliisque, Montano etiam spatium hoc attributum Dei esse, et in ipsius immensitate consistere contendunt: alii vero rem quandam positivam, et naturam aliam a Deo, et materia distinctam, ab aeterno existentem necessariam, et juxta aliquos a Deo independentem statuunt. En interim quid nos hac de re sentiamus. Scholion.

14. Propositio 1ma.

Spatium absolutum, nec est substantia a Deo distincta, nec est ipsa Dei immensitas. 97.

Pars 1ma prob. Si spatium absolutum foret substantia a Deo distincta, ejusmodi substantia vel creata foret, vel increata. sed neutrum dici potest: ergo.

Min. prob. quoad 1mam partem: si spatium absolutum esset substantia creata, haec substantia vel esset collocata in spatio, vel extra spatium: sed neutrum dici potest. si enim in spatio collocata ponatur, nova quaestio recurret, quid sit illud spatium, quod hanc substantiam recipit: si autem haec substantia cum creata fuit, in spatio collocata non est, neque in spatio a se distincto existit: sed ipsa spatium efficit, ipsaque sibi est spatium, cur idem de caeteris substantiis dici non poterit? cur ipsae etiam eaedem sibi non efficiant spatium, nec in ipsae spatio existunt? Deinde quid nam caussis tandem haec substantia creata

mitatur? aut erit substantia spiritualis, vel corporea? Substantia igitur creata esse non potest. Nec neque dici potest spatium absolutum esse substantiam increatam: tunc enim esset necessaria, aeterna, a Deo independens, non producta, immensa &c. quae omnia pugnant cum omnibus Ontologiae principiis pugnant, soli enim Deo convenire possunt.

Pars altera prob. Si spatium esset ipsa Dei immensitas, entia quae sunt in spatio forent in ipsa substantia Dei; sed hoc ut cuique patet absurdum est ergo &c. Accedit, quod spatium concipitur per modum extensi, continui, partesque illius diversae diversis corporibus in iisdem locatis communicantur; sed immensitas Dei simplicissima est nec ullo pacto in ea extensionem quamvis cogitare licet: ergo &c. Denique cum Deus vi suae immensitatis determinatus sit, ut omni spatio reali, quod exstat, praesens adsit, ut in ~~libro~~ Theologia ostenditur, sicuti vi aeternitatis suae determinatur, ut omni tempori, quod fuerit, coexistat, si spatium foret ipsa immensitas Dei, Deus vi suae immensitatis determinaretur, ut suae immensitati praesens adesset, quod ~~quidem~~ quidem ridiculum esse nemo non videt. ergo &c.

Corol. Cum igitur spatium quod absolutum vocant nec sit substantia a Deo distincta, neque ipsa Dei immensitas esse possit, consequens est ut dicamus spatium absolutum esse quid pure imaginarium abstractum, vacuum, atut ait Augustinus spatium nihil.

Objectio prima 98
Opponunt contra 2dam partem adversarii. Quod est immensabile est etiam aeternum; sed spatium est immensabile. ergo &c. Accedit quod spatium dicatur magnum, parvum, quantumque existit spatium quod vocamus absolutum et aeternum.

Responsio
Distinguo maj. Quod est immensabile terminis propriis et ab intra reale est, quod est immensabile terminis tantum alienis, nego maj. Distinguo etiam min. sed spatium est immensabile terminis alienis con., propriis nego min. et consequentiam. ~~Extensio~~ Extensio solum spatium dicitur, quod sublatis rebus omnibus separatim intelligitur, immensabilia

Dici

dici potest, quatenus corpora, quæ in eo ibi collocarentur, constituerent, per de-
terminatam mensuram explicari potest, non vero quasi illud haberet partes
realiter existentes, quibus mensura applicari possit. Ordinem nempe enti-
um coexistentium, qui vel actu datur, vel dari saltem posse concipitur, per
distantias explicamus, quæ distantiæ mensurabiles sunt. quod cum facimus,
mente designamus terminos, quos ab ipsis entibus locatis, vel locandis abstra-
himus, enuntiamusque tot ex. gr. palmos, pedes &c. interponi posse, atque sic
alicuius terminos spatium illud mensuramus: proprie certe metiri ipsum ne-
quaquam possumus; cum enim non sit aliquid reale, nec habet partes rea-
les, nec etiam terminis propriis concluditur. Item autem dicitur magnum, par-
vum, quantum &c. denominationes istæ abstracte, et mathematice dumtaxat spa-
tio conveniunt; non item si in concreto, et realiter intelligatur. Spatium enim
dicitur quantum, quatenus concipiuntur termini, non quatenus dantur; dicitur
mensurabile, quantum, magnum, parvum comparate ad corpora quæ conti-
nenti quadam serie collocari possent; non vero proprie, et in se ipso

Indubitatum est Deum extra hunc mundum existere: ergo extra hunc mun- Objectio 2da.
dum spatium reipsa datur. Antecedens certum est, Deus enim terminis hujus uni- 99.
versi non ~~circumscripti~~ circumscribitur.

Utrique est indubitatum est Deum extra hunc mundum existere in sua Responsio.
immensitate con. est in reali aliquo spatio nego ant. et conseq.tem Cum igitur De-
us præsentia sua mundum istum impleat, et ejusdem limitibus circumscribi ne-
queat, necesse omnino est extra hujus etiam universi ambitum eum existe-
re; non in determinato quopiam spatio quod extra hunc mundum nullum est
sed in sua dumtaxat immensitate, in qua ipsi existendi propria semper a-
desit.

Deus potest adhuc alium mundum a nostro penitus distinctum condere: er- Objectio 3tia
go

100. go necesse est ut extra hunc mundum ~~expectabilem~~ actu detur spatium reale, in quo mundus alter locari possit.

Responsio. Con. ant. nego consequentiam. Spatium enim quod extra hunc mundum expectabilem datur imaginarium duntaxat est, non reale; non enim alter mundus in spatio reali locari deberet, secus istud porro quoque spatium alio reali, et istud rursus alio, atque sic infinitum exigeret: sed Deus si conderet alium mundum, conderet eum in spatio imaginario, et condendo mundum, conderet simul novum spatium reale, quod nempe in reali simultaneorum ordine consistit

Objectio 2da 101. Adversus alteram propositionis partem sic instant. Ens, cui attributa Divina conveniunt, Deus est: sed spatio absoluto Divina attributa conveniunt: ergo Deus est, sive in Dei immensitate reponi debet. Min. prob. Spatium est aeternum, simplex, immobile, infinitum, completum, independens, necessarium, increatum, incircumscriptum &c: sed haec Divina sunt attributa: ergo &c.

Responsio. Distinguo maj. Ens cui attributa Divina conveniunt in concreto, pro statu physico, et reali Deus est, con. maj. cui in abstracto tantum, et pro statu ideali conveniunt, Deus est nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Multa quidem attributa, quae spatio absoluto vulgo tribuuntur, tribui possunt, et debent etiam Deo ipsi; sensu tamen prorsus diverso. Cum enim spatium non sit aliquid existens et a parte rei: illi attributa ejusmodi nonnisi pro statu ideali tribui possunt, Deo autem vere, et pro statu physico attributa illa conveniunt

Scholion. Spatium reale, quod dicitur esse simultaneorum quatenus coexistunt in serie physica continua frequenter plenum etiam vocatur; spatium autem imaginarium vacuum, vel etiam purum compellatur; ab Epicuro, et Lucretio dictum fuit etiam inane. Est tamen aliquod haud premendum discrimen inter notionem spatii imaginarii, et notionem vacui, communiter attendum. Cum enim spatium imaginarium concipimus, ut extensum infinitumque nobis repraesentamus;

mus;

rus; vacuum vero ut capacitatem recipiendi alicujus corporis vage, et indeterminate sumpti nobis repraesentare solemus: vacuum namque est spatium, in quo actu nullum est corpus, alterum quoddam esse potest. Quoniam vero non desunt, inter quos praesertim Cartesius, qui non modo vacuum non dari, sed ne dari quidem posse contendunt; idcirco sit.

Vacuum est possibile, et actu non modo extra mundum, 15. Propositio nota

sed etiam in hoc mundo datur. 102.

Pars 1ma prob. Vacuum est possibile, si possibile sit spatium, in quo actu nullum corpus existat, existere tamen possit: sed res ita se habet: ergo etc. Min. prob. Deus omnium corporum mundanorum motum impedire, eaque in perfectissima quiete constituere potest, potest etiam ex iis unum, vel alterum annihilare. atqui in hoc casu spatium aliquod sine corpore foret, adeoque vacuum; corpora enim eorum quiescentia impressioni omnis alterius corporis obstarent: ergo etc. Sumamus deinde sublata omni mundi universitate duo tantum corpora, vel duos homines solum a Deo procreari, quae quidem hypothesis nullam omnino contradictionem involvit. poterunt utique haec duo corpora vi quacunque impulsa ad rem eandem invicemque recedere, poterunt idem praestare duo illi homines; risu certe dignus foret, qui contenderet duos hos homines ita arctissime conjunctos esse, ut unus ab altero divelli nequeant. jam vero hoc in casu inter duo corpora, vel inter duos illos homines vacuum interponeretur, ergo etc.

Pars altera prob. Mundus non est extensionis infinitae, ergo nihil prorsus prohibet, quominus Deus adjectis novis semper, et novis corporibus illius amplitudinem augeat: atqui ex ita fit dari extra mundum actu quandam capacitatem recipiendi corpora a Deo procreanda, quae ipsa notionem vacui constituit. vacuum igitur extra mundum actu datur. Sed optime ad rem hanc ex mundi limitatione ille fortius argumentationem instituit: si homo vivens a Deo ad extremos mundi limites transferretur

vatur, posset is ibi constitutus manus suas in altum tollere, posset quoque ma-
nuum digitos divaricare: jam quaero quid distantes inter digitos intercedat? Quo
brachia externa ponantur? Nonne spatium esse vides, necesse est admittit spatium si-
ne corpore? vel si haec omnia fieri posse negaveris, edic, quale pateat et impe-
dimentum, internum ne in homine ipso, an externum? Et si hoc utrum sub-
stantia, vel accidens? Aliquid, an nihil existit? Sed vim argti hujus Cartesius
ipse acerrimus spatii vacui hostis persensit, qui vel inania necogitata confin-
xit, quae postea refellemus: ergo q.

Pars tertia prob. Vacuum actu dari etiam in hoc mundo facile osten-
dunt, qui Boskovichiano systemati adhaerent; cum enim juxta illos omnia
aeque hujus mundi entia composita ex entibus simplicibus conflentur, haecque, nisi
compenetrentur, quo in casu corpus constituere non possent, in certa quadam
distantia cohaerere debeant, necesse est, ut inter duo quaevis entia simplicia va-
cuum quodpiam, tametsi exiguum intercedat. Sed non minoris roboris sunt
rationes, quas Physici ex impossibilitate motus in spatio perfecte pleno; ex di-
versa corporum mundanorum gravitate ac pondere ex aequabili astrorum
motu, et stupenda luminis a stellis fixis ad nos usque propagati celeri-
tate petunt. vacuum igitur non modo extra mundum, sed in hoc etiam
mundo ~~actu~~ actu datur.

Objectio prima

103

Sed jam Cartesii, aliorumque objectis satisfaciamus. Negarunt itaque quod
si spatium vacuum esset possibile, daretur illud in sphaera aliqua, in qua
poneremus omne corpus a Deo omni annihilari. sed ita neque unum est nam di-
cta in hypothesi, ait Cartesius, respondendum est vasis latera immediatim fo-
re contigua. Cum enim inter duo corpora nihil interjaceat, necesse est, ut
se mutuo tangant: ergo q.

Responsio

Cum neg. major. Cum inter duo corpora nihil interjaceat, nec distinctius

quid.

quidpiam interjacere potest, necesse quidem est, ut sese mutuo tangant; non vero cum etiamsi nihil interjaceat, inter iis tamen immotis aliquid interjacere, sive interponi potest. Ad verum namque, et realem corporum contactum satis non est, ut nullum corpus, seu spatium plenum intercedat; sed requiritur etiam, ut nullum adsit spatium vacuum, sive ut iis non motis nihil interponi possit.
Hinc habes quid respondeas ad probationem, quam affert Cartesius. Ablatis namque omnibus, negandum est, fore ut latera se contingant, si omne corpus destruatur, quod inter ea interpositum sit.

Manifeste repugnant, prosequitur Cartesius, ut distent, sive ut inter ipsa latera sit distantia, et tamen ut ista distantia sit nihil, quia omnis distantia est modus extensionis, et ideo sine substantia (hoc est sine corpore) extensa esse non potest. Sed hoc tamen repugnaret, si vacuum foret possibile, ergo &c. Objectio alia 104.

Distantia duplici ratione considerari potest; primo enim in se spectata est ipsum spatium, ratione solum longitudinis spectatum, ac proinde uti spatium vel plenum est vel vacuum, ut alibi ostensum est; ita quoque distantia alia erit vacua, alia plena, seu realis. In hac igitur hypothesi inter latera sphaerae non erit quidem ea distantia realis, cum nihil reale interponatur, erit tamen distantia vacua, in qua aliquid reale poni possit, quo efficitur, ut sphaerae latera distent. Secundo considerari debet distantia, ut est quaedam relatio duorum entium inter se, quae ex determinato coexistendi modo oritur, a qua entia realiter distantia denominantur. Cum duo parietes coexistunt, necesse est, ut certo quodam, et reali modo sibi coexistant. Hic porro modus realis alius est, quando inter ipsos nihil reale existit, nec existere potest; et alius ac diversus quando inter eos aliquid reale vel actu ponitur vel saltem iis neutro immotis poni potest: prior efficit ut denominentur contigui, posterior ut distantes dicantur. Atque hinc colliges distantiam non esse modum extensionis, quo vocabulo Cartesius corpus intelligit; sed esse relationem quan- Responsio

dam

dum ex modo duorum corporum, vel aliorum entium sibi coexistentium: ac proinde non posse quidem esse sine corporibus sibi coexistentibus, posse tamen esse sine corpore inter duo coexistentia extra interposito.

Instantia Si dicta in hypothesi sphaerae latera sibi non essent contigua, nihilum quod intercederet foret extensum, sed nihili nulla est extensio; ergo necesse est, ut in sphaera annihilato omni corpore medio latera coeant, et sibi contigua efficiantur.

Responsio. Nihili nulla est extensio positiva, et propriis terminis conclusa, sed negativa, et alienis terminis mensuranda. Nimirum in ejusmodi sphaera illud nihilum concavum extensum foret extensione, quatenus aliquod extensum reale, sive ordo simultaneorum tantae magnitudinis illuc locari posset, et termini, quibus illud nihilum concluderetur non essent propria ipsius nihili, sed essent ipsa sphaerae latera.

Objectio tertia 105. Absolute impossibile est, ut illa entia a se non distent, inter quae extra intercedit extensum reale: ergo etiam ab opposito absolute impossibile est, ut illa a se distent, inter quae extra extensum reale non intercedit [illegible]

Responsio. Conc. Ant. nego conseq. et respondeo disparem esse quoad rationem; nempe hoc ipso solum quod extensum reale inter duo entia interponatur, jam satis impeditur ne ea sibi contigua sint, unde necessario consequitur, ut eadem a se distent; contra vero ex eo, quod nullum extensum reale inter duo entia interjaceat, nequaquam concludi potest, ea sibi esse contigua, adeoque a se non distare. Cujus ratio est, quod ad duorum entium contiguitatem duo requirantur, nimirum ut nullum extensum reale extra interponatur, et neque illis immotis interponi possit: jam vero, cum duo ad rem quampiam constituendam requiruntur, uno eorum posito, res ipsa nondum ponitur, tamen vel uno sublato res eadem quoque tollitur.

Objec

tollitur denique patet, vacuum cum idea mundi optimi pugnare: at vero respondemus mundum eo, quem ipse statuit sensu nequaquam optimum esse alias demonstravimus: deinde ad mundum optimum pertinet utique corporum mundanorum motus; quare cum in spatio perfecte pleno nullus fieri motus ~~[illegible]~~ queat, vacuum cum mundi optimi ratione adeo non pugnat ut etiam in ea includatur. — Objectio et responsio. 100.

Locus est determinatus coexistendi modus cum ceteris simultaneis. Cum namque res plures sibi invicem coexistunt, quaelibet earum obtinet certum quendam, ac determinatum ceteris coexistendi modum, quo fit ut ibi res sit, ubi est, et qui existat, nunc, dum res ibi est, pereat cum res ibi esse desinat. Cum porro in ente aliquo concipitur determinatus existendi modus cum simultaneis tantummodo possibilibus habetur locus imaginarius, et abstractus; cum vero habetur determinatus quidam existendi cum simultaneis a parte rei existentibus, habetur locus realis. — Quid locus, et quotuplex? 107.

Loci definitionem, quam cum Wolfio attulimus, non omnes admittunt, sed vellent potius locum definiri spatium illud, quod a corporibus occupatur. Praestat itaque allatam definitionem paucis illustrare, et confirmare. — Scholion

16.

Locus est determinatus coexistendi modus cum ceteris simultaneis. — Propositio 3tia. 108.

Prob. Locus est id, per quod satisfit quaerenti, ubi res sit, ut per se manifestum est. Sed per determinatum coexistendi modum cum ceteris simultaneis satisfit quaerenti, ubi res sit: ergo. Major certa videtur. Min. vero experientia patet. Cum enim huic quaestioni respondendum est, [illegible] respicimus ens, de quo quaeritur ad alia proxima coexistentia, ejusque ab illis distantiam, prioritatem, posterioritatem, aliasque similes relationes investigamus, ac determinamus: cumque hac particularitas quaerenti locum entis, satisfactum

est

est ratio, sic quaerenti ubi sit Petrus: satisfacio, cum dico, Petrum esse Domi, habi-
tare in postrema domo hujus vici ad quam haec, vel illa via ducit.

Corol. primum. Locus igitur realis cujuslibet entis pendet ab aliis proxime positis; quapropter
propter essentialiter relativus est, et determinatur ~~per~~ per distantias, adeoque per lineas
rectas, quae ab aliis entibus ad illud duci possunt.

Corol. secundum. Ex his autem facile determinatur, an Deus, et spiritus creati in loco exi-
stere dici possint. Et quidem spiritus creatos in loco existere dubium nullum
esse potest; cum determinatum habeant ceteris entibus coexistendi modum
spatium tamen non impleant, cum partes extra partes non habeant. Quod ad De-
um attinet, is in loco proprie non est; nullam enim a rebus coexistentibus di-
stantiam habet proindeque nullum cum iisdem ordinem habere potest. Est er-
go ~~tamen ipse~~ Deus ipse sibi locus, neque mutabilitas illa coexistendi modi quam cete-
ris entibus tribuimus, ei convenire potest.

Scholion. Si quaeras quid situs; respondemus situm esse modum realem, ac determina-
tum ceteris simultaneis in serie interrupta coexistendi. Situs promiscue
cum loco usurpari solet; si quid ~~tamen~~ tamen discriminis inter utrumque
intercedit illud est, quod situs, ut diximus sit modus coexistendi q. in serie in-
terrupta; locus vero modus coexistendi cum ceteris simultaneis ~~[illegible]~~ in serie
continua positis.

Quid tempus? Tempus est ordo rerum in serie continua sibi succedentium. Illud enim
109 est tempus ex quo petitur responsum, ut satisfiat quaestioni quando, vel
quamdiu res quaepiam exstiterit, vel exstitura sit etc. est ordo successivorum
in serie continua: ex multitudine enim rerum succedentium longitudinem
aut brevitatem temporis judicamus. Sic non alia ratione intelligi potest, ~~quare~~
quando vixerit Aristoteles et c. quam per numerum continuationum succes-
sionum, ~~ut~~ uti sunt revolutiones annuae successive solis planetarumque motusque.

Quo-

Tempus non secus, atque de spatio dictum est, duplex considerari potest, reale et Quotuplex?
verum, alterum imaginarium. Reale est ordo existentium in serie continua 110.
sibi succedentium: imaginarium vero ordo possibilium in serie continua succedenti-
um. Sic imaginarium erat tempus ante mundi creationem. Tempus deinde aliud prae-
sens, aliud praeteritum, aliud futurum dicitur. Ordo qui actu praesens est, tempus prae-
sens, qui adesse desiit praeteritum; qui aliquando aderit futurum tempus consti-
tuit.

Tempus praesens, si stricte, et philosophice loqui velimus, nullum est: tem- Scholion.
pus enim diximus esse ordinem successivorum, et in successione consistere jam ve-
ro in praesenti nulla successio haberi potest. quaeque enim successio vel jam prae-
cessit, vel nondum advenit: quae praecessit tempus praeteritum, quae nondum
advenit futurum tempus constituit. Quod igitur in praesenti est, limes est inter
successiones praeteritae, et futurae, non verum tempus.

Quum res pluribus continua serie sibi succedentibus exsistit, durare dicitur. Quid duratio, et quo-
tur. Est ergo duratio existentia, quae cum pluribus successivis coexistit ~~[illegible]~~ tuplex.
entis duratio rerum successionibus in continenti serie sese excipientibus mensura- 111.
tur. Eum in finem excogitata sunt horologia, ad quorum aequabilem motum rerum
durationes exigimus. Duratio haec vel interminata seu infinita est, ut aeternitas D-
ei, vel terminata, aut finita, et tempus vocatur, si utroque termino conclu-
ditur, si vero initium quidem habeat, fine tamen careat aevum appellatur.

Duratio in se spectata non est tempus duratio enim in se spectata est entis Corol.
existentia continuata, tempus autem in successionum ordine consistit;
sed continuata entis existentia in se spectata non est ordo successivorum. Dura-
tio igitur in se spectata non est tempus. ~~Hinc~~ Hinc cum aeternitas sit dura-
tio, ea tempus recte vocari nequit, tametsi credas infinitum.

Instans vel momentum proprie est temporis limes omnis temporaneae successionis Quid instans
vel

112. nes partibus expers, qui mathematicum vulgari intuens, vel momentum mentibus pro tempore minimo advertentiam nostram quasi subterfugiente. sic fulgur, sclopeti explosio, ictus oculi instantanea dicuntur

Caput 8.

De Compenetratione, et Replicatione

Corporum ...

Quid compenetratio? Compenetratio est simultanea duorum, aut plurium entium in eodem loco consistentia

113. Scholion. Cum de compenetratione agimus nobis de entibus creatis sermo est: cum enim increatum, tametsi vi suae immensitatis omnibus rebus intime praesens adsit, non tamen vere rerum compenetrari dici potest: namque nos hujus existentiae modum nullo pacto intelligimus. De entibus itaque creatis agentes novimus, omnia corpora spectatis naturae legibus impenetrabilia esse, hoc est eo loco, quem actu occupant, omnia alia excludere, ut constans experientia docet, quae quidem vis corporum impenetrabilitas appellatur. At illud est quod a Philosophis quaesitum, utrum per absolutam Dei potentiam effici possit, ut duo vel plura corpora in eodem loco simul existant. Cui quaestioni huic solvendo apta videbuntur, jam adferam; verum non aliam in finem quam ut pateat, nihil prorsus heterodoxis in naturali ~~[illegible]~~ ratione relinqui, quo per id oppugnandum sacrosanctum Eucharistiae mysterium uti possint, quod maxime est subsequentis de replicatione quaestionis usus.

114. Propositio prima. Compenetratio corporum per Divinam omnipotentiam effici omnino potest.

Prob. Compenetratio corporum per divinam omnipotentiam effici potest, si nulla inde contradictio sequatur: atqui nulla sequitur contradictio.

ctio: ergo q. Min. prob. Si quae contradictio ex corporum compenetratione oriretur, ea oriret vel ex eo, quod corpora compenetrata requirant, quin unum evadat alterum, vel ex eo quod corpora natura sua impenetrabilia sint. atqui nullo ex capite contradictio aliqua sequitur: ergo q. Min. prob. quoad 1am partem prob. Plura corpora simul compenetrari possunt, quin unum evadat alterum: ergo q. Ant. prob. Corpora compenetrari idem est, ac eumdem coexistendi modum habere: atqui ex eo quod habeant eumdem coexistendi modum non requiritur plura corpora unum evadere: ergo q. Min. prob. Modus coexistendi est respectus quidam corporeis substantiis extrinsecus, qui ad earumdem substantiarum essentiam non pertinet. sed quod ad essentiam non pertinet etiamsi pluribus substantiis extrinseca pertineat, non efficit ut illae una evadant. ergo q. Et sane ex eo quod plures substantiae eodem tempore existant, quis inferret eas unam fieri? at tamen sicut respectus ad mensuram ita respectus ad coexistentiam substantiis extrinsecus advenit. Quod si haec argumentandi ratio non valeret, nec substantia spiritualis compenetrari posset cum materiali, quod tamen lectiores ipsi compenetrationis hostes apertis verbis profitentur. Accedit et illud, quod fieri possit corporum compenetratio sine compenetratione substantiarum ex quibus corpora coalescunt. in quovis enim intervallo inter substantias, quae corpus componunt, interjecto, aliae substantiae interponi possent. neminem ex 2do capite, nullam oriri contradictionem manifestum est.

Min. pars altera prob. Nulla est ratio positiva, quae vel probabiliter ostendat essentialem impenetrabilitatem ad essentialia corporum pertinere. ergo q. Si qua enim maxime ratio esset, ea foret constans sensuum experientia, sed haec nullum locum quae quaestionis naturae ignaras fieri debeat omnem enim probandi vim amittit cum de essentialibus rerum, et absoluta Dei potentia agitur. ergo salva corporis essentia, et

ma-

manente illius impenetrabilitate impenetratio aliena potest, impenetratio nil hinc distinguenda est ab impenetrabilitate tanquam actus a potentia: quemadmodum Deus efficere potest, ut ignis in me non agat actu idque absque ulla contradictione, sic efficere potest etiam, ut salva corporum impenetrabilitate impenetratio tollatur nec si hoc fiat per divinam omnipotentiam compenetratio possibilis evadit: ergo.

Sensi. Hinc vides nullo pacto mutari sanctissimo Eucharistiæ dogmati fidem denegandam esse, ut complures heterodoxi contendunt ex eo, quod divinam realem præsentiam SS. corporis in eodem mysterio videatur quoque admitti debere quædam ejusdem sanctissimi corporis compenetratio; id enim totum divina virtute Christus peragit; ut quamvis compenetrationem possibilem esse ostendit, sicuti etiam tunc, cum ad discipulos, januis clausis intravit.

Objectio prima

115 Omne corpus est vi essentiæ impenetrabile: ergo compenetratio corporum est absoluta impossibilis. Ratio consequentis est, quia nequit potest aliquod corpus simul esse impenetrabile, et simul penetratum, quod repugnat.

Responsio

Distinguo ant. Omne corpus est vi essentiæ impenetrabile, quatenus habet vim excludendi aliud corpus ex loco, in quo est, con. ant quatenus ex vi hactenus excludit aliud corpus, nego ant. et conseq.nem Illud namque est vis ipsa, aliud effectus inde proveniens: illa ad essentiam pertinet; hæc non item quare per absolutam Dei potentiam impediri potest, quemadmodum Deus prout immo agenti efficere potest ut ignis in me non agat actu et Strygium sibi applicatum non adurat. Atque hoc sine absurdo, corpus enim impenetrabile, per absolutam Dei potentiam compenetratum esse, nequaquam contradictionem involvit, hoc quippe non aliud sonat quam quod corpus, quod vi essentiæ habet vim excludendi omne aliud corpus ex suo loco mere ob impedimentum per absolutam Dei potentiam positum actu alius corpus non excludere:

qua-

quemadmodum corpus, quod habet vim labendi in terram, non tamen labitur, cum
ipsi quidpiam obstat.

Extensio ad corporis essentiam pertinet; sed in compenetratione corporum exten- Objectio 16a.
sio perit: ergo in compenetratione corporis ejus essentia periret. . . . . . 116.

Distinguo maj. Extensio partium essentialium ad corporis essentiam pertinet con. Responsio
extensio partium integralium nego maj. et sic distincta min. nego conseq.m Per
partes essentiales intelligimus ipsa elementa, ex quibus immediate corpuscula
primitiva constantur, horumque elementorum positio extra se invicem est
extensio partium essentialium, quae utique ad essentiam corporis pertinet;
cum per eam non modo ratio compositi, sed species etiam corporis determina-
tur. Per partes integrales intelligimus ipsa corpuscula tum primitiva, tum deri-
vativa, propterea quod haec ad integritatem solum massae, et voluminis magni-
tudinem pertinent: namque ablatis quoque aliquot ejusmodi corpusculis ma-
net adhuc ejusd. speciei corpus, ut patet in aqua massa, quae etiam diminuta natu-
ram suam conservat. Jam vero sicut partes integrales non sunt de essentia corporis, ita
neque earum extensio, sive positio extra se invicem ad eam essentiam pertinent.
Quare tametsi in compenetratione positio partium integralium tollatur, aut immuta-
retur, nihil tamen propterea de essentia compositi aut corporis ejus speciei decre-
dit: quamquam nec istud in omni compenetratione evenire necessarium est. patet
enim exemplo unius globi aurei, cum globo argenteo compenetrari salva in utro-
que partium integralium extensione. Unde patet, quam infirmum sit hoc ar-
gumentum a corporis extensione petitum.

Si duo extensa in abstracto concipiuntur, ex duobus unum efficitur, sicut si mutuo Objectio 17a.
compenetrata concipias: ergo idem eveniet etiam duabus substantiis concretis, si 117.
compenetrentur.

Dein aut nego conseq.m et jam disparitas in promptu est. Extensum namque in Responsio
ab-

abstracto cum nihil sit a parte rei, nihil habet novi quod primus notum tribuit;
Dum autem extensionem concipimus, [nihil prorsus concipimus] nisi meram dimensionem vel in longitudinem, vel etiam in latum, vel simul in profundum; inde fit ut cum ejusmodi extensionem cum altera compenetrari cogitamus, nihil amplius appareat, per quod una ab altera discernatur, ipsi enim conceptus evadunt unus idemque conceptus. Contra vero duae substantiae, vel duo saltem corpora idest duo corpora compenetrata eadem ~~[illegible]~~ omnia servant, per quae antea discernebantur, servant nimirum suas vires attractivas pariterque atque etiam repellentias, duo attrahentia, duo inertia, duo mobilia, uno verbo duo corpora. Atque enim hae, et aliae, ejusmodi proprietates a loco pendent. Fieri fortasse posset, ut nos duo corpora compenetrata discernere non valeamus; verum non sequitur, quae nobis, sensibusque nostris compenetratione facta appareant, ne quid de in se sit, quilibet intellectus infinitus perspicere possit.

Instantia.

Sed instat hic Gerdilius, et inquit, si licere nunquam, ut diversarum ejusmodi substantiarum proprietates communicarentur inter sese. Proprietates enim, sunt illius verba, separari a substantia repugnant. ergo etiam minoratur in duobus extensis compenetratis, necesse est, ut et ipsae sese compenetrent idest ut sibi se mutuo communicent, atque ut unum sint idemque loco, et tempore, quemadmodum duae illae substantiae loco, et tempore sunt unum

Responsio

Haec tamen nullius sunt valoris namque sicut in eodem corpore, vel in eadem substantia multae sunt proprietates distinctae, quae inter sese communicantur: ita possunt easdem proprietates manere inter se distinctae in duabus substantiis seu corporibus compenetratis. Profecto a veritate alienum est, idem sonare: esse unum idemque loco, et tempore; et inter se communicari. Duas substantias invicem compenetratas fieri unum relate ad locum, et tempus libenter quidem concedimus; hoc enim ipsum est ~~[illegible]~~ unum esse statim;

stantiam cum altera compenetrari; at hoc perinde non est ac duas substantias
absolute identificari. Atque hinc apparet sophisma esse, non argumentatio-
nem, quod Genuensis instituit, dum ait ex substantiis duabus compenetratis
unicam fieri; idque ~~intelli~~ intelligit quoad tempus, et locum.

Si possibilis esset corporum compenetratio corpus quoddam secum ipso compenetra- Objectio 4ta
ri posset: sed hoc fieri nequit, nisi simul dicere velimus corpus illud simul esse, 118.
et non esse corpus idem, quod repugnat: ergo. Min. prob. Si corpus quoddam se-
cum ipso compenetrari posset, tunc posset etiam ad unum punctum redigi; sed si ad
unum punctum redigeretur, esset simul, et non esset corpus idem; esset nimirum ut
supponitur, non esset vero, quia essentia talis corporis est habere partes ~~[illegible]~~ ne-
xas, quae per ejusmodi compenetrationem tolluntur: ergo.

Con. maj. Nego min. Ad prob. Distinguo maj. Posset redigi ad unum punctum, ex- Responsio.
tensum adhuc, et divisibile, ~~[illegible]~~ tum ad spatiolum aliquod exiguum, con. maj. ad unum
punctum stricte tale, mathematicum nempe, et indivisibilem, nego ~~[illegible]~~ maj. et sic
distincta min. nego conseq. Ratio distinctionis est, quia si Deus valit ~~[illegible]~~ ali-
quod corpus secum ipso compenetrari, et tamen idem manere, ulteriorem compe-
netrationem admittere non potest, quam eo usque ut tamen verum adhuc ma-
neat esse corpus et licet ad minimum quoddam spatiolum redigatur ~~[illegible]~~ exten-
sum tamen, et divisibile ~~[illegible]~~ remaneat.

Replicatio est simultanea ejusdem entis in duobus, vel pluribus locis existentia, Quid replicatio?
utsi illud ex. gr. eodem temporis momento et Venetiis et Utini existat. 119.

Cum de replicatione agimus, de ente infinito nobis sermo non est, illud enim ob Scholion
essentiam suam immensitatem habet, quod ubique praesens adsit. Quaeritur itaque u-
trum per absolutam Dei potentiam unum idemque ens finitum eodem temporis
~~[illegible]~~ momento in pluribus locis existere possit. Nam spectatis naturae viribus id
fieri nequaquam posse quotidiana experientia docet, cujus testimonium si rejicia-
mus

mus, nihil amplius in rebus naturalibus certum erit. Jam vero quoniam non desunt, qui cum Clarico id absolute repugnare contendunt, contra hos, quas quidem et Fides vadurguit, at Philosophia non absolvit sic statuimus.

18. Propositio 2da. 120

Entis finiti replicatio per absolutam Dei potentiam effici potest.

Prob. Entis finiti replicatio per absolutam Dei potentiam effici potest, si in ea nulla est contradictio: atqui res ita se habent: ergo. Min. prob. Si in ejusmodi replicatione aliqua esset contradictio illa foret in eo, quod ens evaderet multiplex; in quo omnes fere adversarii consentiunt: sed ens multiplex non evadit: ergo &. Min. prob. Si in replicatione ens multiplex evaderet, id fieret ex locorum multiplicatione: sed locorum multiplicatione ens multiplex non evadit: ergo &. Min. prob. Multiplicato loco multiplicantur solum respectus qui in ea coexistentia simultanea enti ipsi accidunt; sed multiplicato id genus respectu entitas ens ipsum non multiplicatur, quemadmodum patet in corpore quod per plura temporis momenta in eodem loco vel successive in pluribus locis existente, quod certe unum idemque permanet. Loco igitur multiplicato non multiplicatur ens proindeque illius replicatio per divinam omnipotentiam effici potest. [illegible]

Corol. Ex eo igitur quod in sacramento Eucharistiae mysterio SS. Christi corpus in pluribus locis simul existat nullum peti potest argumentum, quo heterodoxi catholicum dogma impugnent.

Scholion. Sed jam nostrarum partium non est positiva ratione comprobare nullam in replicatione corporis contradictionem latere; id enim per sese inde consequitur, quod nulla in hanc usque diem aperta contradictio fuerit demonstrata. Levia certe sunt, quae in contrariam partem afferri solent. En autem illa.

Objectio prima 121 Certum est illa realiter esse distincta, quae distinctis in locis existunt: ergo replicatio corporum contradictionem involvit. Ant. prob. Certum est ea esse reali-

ter

ter distincta, quae separata sunt: sed quae distincta in locis existunt separata sunt: ergo
&c. Accedit quod separabilitas quoad locum sit nota certissima distinctionis realis: sed
in iis quae distincta in locis existunt separabilitas quoad locum habetur. ergo et in illis
datur etiam distinctio realis.

Distinguo ant. Certum est physice illa realiter esse distincta, quae distincta in locis ex- Responsio
istunt, con. ant. certum est etiam metaphysice, nego ant. et consequentiam. Certitudo haec
experientia solum nititur, proindeque physica tantum est: experientia enim docet dun-
taxat, quid rerum naturae leges ut fiat, ut fieri debeat; id vero non prohibet, quomi-
nus Deo sic volente contrarium quandoque efficiatur. Sicuti cum terrestria video ex
tanto descendentia, eaque ad terram usque lapsura, physice quidem certus sum, ve-
rum tamen in eo non repugnat, ut in aere suspensa haereant.

Ad prob. con. maj. distinguo min. sed quae distincta in locis existunt separata sunt
si rerum communes naturae leges sic existunt, con. min. si praeter naturae leges per
absolutam Dei potentiam sic existunt, nego min. similiter distinguo consequens. Et re-
spondeo corpus duobus in locis per replicationem existens a seipso non separari,
tametsi loca sint separata. Ut enim ut aliquid ab altero separetur, requiritur
ut illud ibi non sit, ubi est alterum; jam vero corpus replicatum in uno loco exi-
stens a semetipso in alio loco existente non abest. Partes a tempore demonstra-
rem hanc perspicue illustrant, nimirum illa tantum tempora a se separantur
quorum alterum non existit eo tempore, quo existit alterum: at vero ubi idem cor-
pus per plura temporis momenta perdurat, non utique ipsum vigesimo momen-
to existens separatur a seipso momento primo existente, etsi momenta inter se
separata, et distincta sint.

Ad id quod additur distinguo maj. separabilitas quoad locum est nota certis-
sima distinctionis ~~realis~~ realis, hoc sensu quod ea sint distincta, quorum alte-
rum potest existere in determinato loco, non existente illic altero, con. maj. hoc

sen-

riam, quod ea omnia sunt distincta, quaecumque in distinctis locis, qua [illegible] cumque ratione existunt, nego maj. et sic distincta min. nego consequ. Nam corpus A. si istud existere possit in loco C. quin in eodem existat simul corpus B. adesset nota certissima distinctionis realis inter A. et B. quae autem in replicatione non contingit; si enim corpus A. ex loco C. replicatur in locum D. corpus A. non potest existere in loco D. sine illo, quod existit in loco C. [illegible] sine se ipso; inde cum idem corpus A. existens in loco C. et aliud prorsus simile B in loco D. [illegible] quidem adesse separabilitatem, quoad locum seu realem locorum separationem. non tamen Metaphysice certus sum corpus A. a corpore B. realiter distingui, quia non hæc distinctio in legibus naturæ solum fundatur, quas pervertere Deo liberum est. Non omnis igitur separatio quoad locum est nota certissima distinctionis realis sed ea solummodo, si cujusnam existere potest in loco, in quo non est alterum.

Objectio 2da 122. Corpus quod distinctis in locis existeret distaret a se ipso sed hoc est absurdum; ergo ꝙ. Maj. prob. loca in quibus existerent a se ipsis respective distarent; ergo etiam corpus in iis existens. Consequentia prob. ipsa loca distarent, quia unus aliam relationem ad coexistentia haberet quam alter locus: sed etiam corpus in uno loco existens aliam relationem haberet quam corpus in altero loco existens; ergo si loca distarent, corpus etiam a se ipso distare deberet.

Responsio. Nego maj. Non enim corpus distaret a se ipso sed ipsum in locis distantibus simul existeret. Ad prob. cum ante nego consequ. Ad hujus probationem distinguo maj. loca distarent, dico et concedo, quia relationem ad coexistentia, quam habet locus unus, non etiam haberet locus alter con. maj. [illegible] nego maj. et sic distincta min. nego consequ. [illegible] est, quia eam relationem ad simultanea quam habet locus unus, non haberet etiam alter [illegible] vero corpus [illegible] quatenus in loco uno aliam relationem haberet

habeat ad coexistentia, quam idem corpus prout in loco altero existit; habet tamen simul hanc etiam alteram relationem, ex quo tantum sequitur, idem corpus duas simul diversas relationes ad coexistentia habere, idest in duobus locis simul existere.

Si corpus replicari posset, illud posset etiam alteri simul esse contiguum, et Obiectio 3tia.
simul ab eodem distare: sed hoc est absurdum: ergo etc. 123.

Distinguo maj. Respectu diversi loci, con. respectu ejusdem loci nego maj. et Responsio.
sic distincta min. nego consequentiam. Repugnat quidem corpus in uno eodemque loco existens, et esse alteri corpori contiguum, et simul ab eodem distare, tunc enim affirmaretur, et negaretur idem de eodem et secundum idem. Minime vero absurdum est, corpus idem per replicationem in duobus locis existens ab altero quopiam corpore, et distare simul, et simul illi esse contiguum. id enim ut patet non eodem, sed sub diverso respectu contingit.

Facta replicatione posset idem corpus moveri motibus contrariis in uno loco er- Objectio 4ta
go versus ~~alterum~~ ortum in altero versus occasum. sed hoc repugnat. ergo etc. Min. 124.
prob. Repugnat idem corpus in eodem loco moveri simul versus ortum, et versus occasum: ergo etiam in diverso loco. Consequentia prob. ideo enim, quia inde sequeretur idem corpus moveri versus ortum, et simul non moveri; sed idem in eo in altero sequeretur; ergo etc.

Con. maj. nego min. Ad prob. con. ant. nego consequentiam. Ad hujus prob. distinguo Responsio
maj. sub eodem respectu con. sub diverso nego maj. et sic distincta min. nego conseq. Etsi nempe idem corpus non replicatum motibus contrariis ferri repugnat, idem tamen contingere potest corpori replicato, cum ob diversitatem locorum respectus mutatus videtur. Etenim replicatione posita solum sequitur, idem corpus moveri versus ortum positive, et non moveri versus ortum negative; idest ita in uno loco moveri versus ortum, ut non excludat, nec impediat motum versus occasum pro

alio

alio loco. Ceterum de motu plane laborandum non videtur. novimus enim idem cor-
pus non replicatum comparate ad alia moveri posse, dum comparate ad aliquod
quiescit, ut evenit homini in navi sedenti, dum ea secundo flumine decurrit.

Objectio 3tia. 125 Opponunt denique, et arguunt, quod si corpus aliquod pluribus in locis existeret hoc loco uno circumscriberetur, et simul non circumscriberetur; vel utique contradictorium est: ergo &c.

Responsio. Distinguo maj. si corpus pluribus in locis existeret uno circumscriberetur loco uno, et simul non circumscriberetur eodem solo loco, con. maj. circumscriberetur loco uno, et simul eodem solo nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Corpus replicatum tot locis circumscribitur, id est circumscriptive existit, in quot locis replicatur; in omnibus enim locis ejus partes diversae diversis partibus spatii imaginarii commensurantur, quod proprium est circumscriptive existere. Inde corpus replicatum circumscriptive existit ex. gr. in loco A sed non solum in loco A sed etiam circumscriptive existit ex. gr. in loco B. Quod si per circumscribi loco a nonnullis intelligas loco contineri et quasi ejus terminis concludi, tunc respondeo corpus existens in loco uno contineri, includi, circumscribi uno vel positive, non contineri eodem loco exclusive, solus. In totum corpus continetur loco uno et simul non excluditur seu comprehenditur quominus existat etiam in alio loco altero, non quidem virtute communium naturae legum sed per efficacissimam Dei ejusdem immutantis voluntatem.

Scholion Atque haec ad compossibilitatem tum compenetrationis, tum replicationis, possibilitatem dicta sufficiant. Curiosius porro inquirere, quae ad modum replicatione, et compenetratione fieri possit aut non possit, is solum ea novit qui omnia novit et efficere potest. Philosophi munus est, hanc Deo potentiam tribuere, quam illi vindicat, oportet. Sive ab omni labore longissime removetur. Illud est tamen lucis aut ipsi cum nostra stabilitas naturae leges nihil mollis; qua-

re

ve ingenia supremum naturae auctorem efficit, quae et ejusmodi quaestionibus quae veram solum Religionis et abstractiorum cultoribus vendicandam, quae agitantur, ad examinandas inutiles magis deflectit.

Caput 9.

De Principiis, et Causis.

Principium generatim est omne id unde aliquid quocunque modo dependet; seu etiam, quod in se continet rationem sufficientem alterius. Illud vero quod a principio pendet, seu cujus ratio continetur in altero, principiatum nominari solet. Sic pondus est principium motus in horologio, motus vero principiatum erit. — *Quid principium et principiatum* — 120

Principium prius est principiato. Principium enim rationem in se principiati continet; principiatum vero propter istam rationem est potius quam non est: atqui ratio ante ponenda est quam ponatur id, quod per eam potius est quam non est. Principium igitur prius est principiato. Inde inter principium et principiatum nexus intercedat oportet, cum unum ab altero pendeat. — *Corol.*

Tribus modis potest alterum altero esse prius. Et primo quidem tempore prius dicitur id, quod altero nondum existente existit. Ab origine prius dicitur id quod alterius, quocum ejusmodi individuae naturae est, sufficientem rationem in se continet; atque istud in Divinis obtinet. Pater scilicet origine prior est Filio Pater, et ~~Filius~~, Filius Spiritu sancto. Denique natura prius est quod ab altero quatenus natura distinguitur, et aliquo modo ad ipsius existentiam requiritur. Non requiritur porro, ut principium semper sit tempore, vel natura etiam prius principiato, sed sufficit ut origine tantum prius sit. Sic Pater in Divinis est principium Filii, non tamen est eodem aut tempore, aut natura prior, sed origine tantum. Quoniam vero tempori ratio habeatur, unum principium tale non est nisi quatenus principiatum habet, principium formaliter spectatum, quatenus — *Scholion*

nem.

namque et principium, principiato prius esse non potest. Sed illud etiam hoc loco notandum est, posterioritatem, ut ita dicam, principiati ejusque dependentiam a suo principio, non semper esse ejusmodi, ut hinc aliqua imperfectio in principiato inferri debeat, tunc enim solum imperfectio aliqua argui posset, cum principium principiato prius esset aut tempore, aut natura, minime vero si eodem prius sit origine tantum sic hoc enim casu principiatum cum suo principio eandem prorsus habet naturam.

Distributio principiorum? 127.

Principium in tres potissimum classes tribuitur: in principium videlicet essentiae, existentiae et cognitionis. Principium essentiae est, in quo continetur ratio, cur alterum possibile sit. Principium existentiae est, quod rationem continet, cur alterum existat, potiusquam non existat. Id demum in quo inest ratio cur aliquid alterum cognoscatur, principium cognitionis dicitur. Sic principium essentiae divisibilitatis in corpore est compositio, principium existentiae respectu mundi est Deus. in qualibet denique legitima demonstratione principium cognitionis est ipsum antecedens

Quid causa, et causatum? 128

Principium, a quo alterius existentia pendet, sive quod rationem in se continet, cur alterum in rerum natura extet causa vocatur; illud autem alterum effectus, vel causatum appellatur. Causalitas autem dicitur ratio illa, propter quam existentia causati a causa pendere intelligitur. invenitur. in Architecto palatium aliquod construente est ipsa illa volitio quae palatium ad existendum produxit.

Coroll.

Hinc facile quisque colliget: quod latius pateat principii quam causae notionem, cum omnis causa principium sit, non vicissim. Ideo causam effectum necessario priorem esse cum ratio ante ponenda sit, quam ponatur. Id quod per causam est potius quam non est. Ergo nihil seipsum posse producere, esset enim seipso prius, et posterius quod omnem rationabilitatis [illegible]. Ergo duo se invicem produ-

cere

-tera non possit; alterum quippe esset in eodem actualitatis statu prius, ac posterius. Quinto denique inter causam, et effectum nexum intercedere, cum effectus a causa pendeat.

Theologi in causae notionem requirunt, ut haec ab effectu natura distinguatur, posteriorque sit effectu sua natura est prior. Hinc in divinis Patrem non causam Filii, sed ejus principium nominant, cum Deus Pater a Filio sua natura, seu Divinitate non distinguatur, etsi hujus rationem existendi in se complectatur. Graeci tamen vocabula principii, et causae pro synonymis habent, unde eadem in divinis etiam promiscue usurpare solent. Scholion.

Cum ratio cur aliquid existat, variis omnino modis in entibus quibusdam contineri possit, diversa inde Philosophi causarum genera constituunt. Causam itaque distribuere solent in efficientem, finalem, materialem, et formalem, de quibus modo summo nobis instituendum [illegible]. Quotuplex causa? 129.

Causa efficiens, quae sola stricte causa dici meretur, illa dicitur, quae actione sua existentiam tribuit effectui, ut quae vi sua aliquid producit. Tullius causam efficientem vocat, quae id efficit, cujus est causa. Ita Deus universitatis hujus est causa efficiens. Quid causa efficiens? 130.

Priusquam ea, quae ad causam efficientem pertinent, prosequamur, nonnulla de actione, et passione praemittenda sunt. Actio itaque nihil aliud est, quam determinatio, seu efficientia actualitatis cujusdam; aliquis enim tunc agere dicitur, cum aliquid ad existendum producit, sic anima dum corpus movet agere dicitur. Actioni opponitur passio, quae est quaedam entis mutatio, cujus ratio sufficiens in alterius entis actione continetur; hinc ens per nos pati dicitur, cum in eo per alterius actionem fit aliquid existens. Sic patitur corpus dum ab anima ad motum determinatur, quatenus corpus determinationem hanc recipit, et status sui mutationem actione anima- Quid actio, et passio? 131.

rum;

subit.

Quotuplex actio. 132. Actio duplex est; alia immanens et alia transiens. Si mutatio status contingat in ente ipso, quod hujus mutationis rationem continet sufficientem, actio dicitur immanens, eo quod actio ejusmodi in subjecto ipso agente maneat, nec ab illo quasi egrediatur. Si vero mutatio status contingat in ente, ab eo, quod hujus mutationis rationem sufficientem continet, distincto, actio transiens appellatur; eo quod ab uno in aliud subjectum quasi commigrat. Dum mens humana cogitat immanentem, dum corpus ad motum determinat, actionem agit transeuntem.

Scholion primum. Advertendum autem hic nobis sermonem non esse de actionibus illis, quae Divinae naturae internae sunt et necessariae; ineffabiles enim sunt, et humanae menti arcanae. Quare Philosophiae non subjiciuntur, nec easdem definire ausi Philosophi fuerunt. De eas vero Dei actiones, quae extrinsecus perficiuntur, aeque modo optime possunt, quae de actionibus generatim traduntur.

Scholion secundum. Plura sunt quae circa actiones observari possent, nos pauca ista notamus. Primo patet, quod agit substantia et non accidens. Si enim accidens ageret, tunc determinatio quaedam tribueretur accidenti; sed determinatio, quae tribuitur accidenti est determinatio substantiae, in qua inhaeret. Actio igitur substantiae non accidenti convenit. Alterum quod notamus est illud: agens minime quatenus agens est internam sui status mutationem non subit. Agens enim quatenus agens est rationem continet cur aliquid existentiam obtineat, sed quod ejusmodi rationem continet non hoc ipso mutatur, sed mutationem potius efficit, quae cum sit effectus quidam distingui debet a causa quae mutationem efficit. Agens igitur quatenus agens est internam sui status mutationem non subit. Accedit et illud, quod si agens sine interna sui status mutatione nunquam agere possit, cum omnis mutatio sit effectus

qui

qui ab aliqua causa proficisci debet; tunc consequens foret, nul-
lam unquam dari causam sine praecedente causa: quod quidem
absurdum est, quia sic haberetur progressus in infinitum. Tandem
Deus agendo creaturas ex nihilo educit sine ulla interni status mutatio-
ne; agens igitur agere potest, quin interne mutetur. Novimus quidem
agentia creata saepius non agere, quin internam subeant mutationem:
at istud per accidens contingere dicendum est: quatenus id quod agit est simul
suae actionis terminus, cum in eo actio permaneat. Id tamen non ex actio-
nis notione, sed ex ejusdem qualitate proficiscitur. De ratione enim actio-
nis non est ut mutatio contingat in ente, quod rationem continet sufficien-
tem mutationis, in qua ejus consistit ~~[illegible]~~ actio.

Hinc facile consequitur, actionem propriam, et intrinsecam non perfice- Corol.
re agentem aut ipsorum perfectionem potius crescere. Si forte ex
sua actione aliquod commodum ipsi agenti obveniat, quia tunc contingit
dum ipsum agens mutationem suam recipiendum, aut ipsius actionis terminus
constituitur. Quare actio se habere, quod in actione absolutum est, in Deo
non datur, cum nullam Deus mutationem status subire possit utique per-
fectissimus actus. Igitur, quidem Deus cum res a possibilitatis ~~[illegible]~~ statu
ad actualitatem perducit, actio vera propria non in Deo, sed in creatu-
ris reperitur, quae solae status mutationem mouent

Causa efficiens dividitur primo in liberam, et necessariam. Libera ea Quid causa libera
est, quae ita agit ut actionem pro arbitratu omittere possit; necessa- et necessaria?
ria vero est ea, quae sic ad agendum impellitur, ut actionem omitte- 133
re non possit. Ita cum Deus hanc rerum universitatem condidit, libe-
re egit, utpote, qui ad illam condendam a nullo adigi poterat. Ignis
e contrario nitrato pulveri admotus est necessaria causa incendii

Corol

Corol. Causa necessaria semper agit, quantum potest. Sicut enim causae necessariae liberum non est, ut agat, vel non agat, sed habitis omnibus ad agendum requisitis ipsam agere oportet; ita nec liberum illi est, ut plus vel minus agat; sed quamdiu quae ad agendum est expedita quantum potest agere debet. Itaque eadem causa necessaria aequalibus temporibus aequales producit effectus, si nempe ad agendum sit aequaliter expedita; cum enim semper agat, quantum potest necesse est, ut tantundem agat uno quantum quovis alio tempore aequali.

Quid principalis et instrumentalis? Causa efficiens dividitur etiam in principalem et instrumentalem. Principalis est, quae vi propria, sibique intima agit. Ita

134. est causa principalis efficiens mundi Deus, ignis caloris. Causa vero instrumentalis est cujus actio vi aliena efficitur. Ita calamus scriptionis causa instrumentalis est.

Quid physica et moralis? Causa efficiens physica est, quae effectum vera ac reali sua actione producit ut ignis calorem. Moralis autem quae aliena licet mini-

135 sterio quicquam faciat, actio tamen communi hominum judicio ei [illegible] imputatur. Ita quamvis manu tuendis [illegible] interfectus non fuerit, [illegible] tamen litterae, quod imperavit, quod [illegible] interemerit. Jam vero modi praecipui, quibus aliquis causa moralis effectus est, duobus hisce versibus continentur. [illegible]

jussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Quid per se, et per accidens? Causa per se est, quae gignit effectum, vel animo designatum si quidem intelligens est, vel cui efficiendo natura sua destinatur si quidem intelli-

136 gentia caret. Causa vero quae praeter intentionem, vel naturae ordina-

tio-

tionem agit, causa per accidens vocatur. Ita Cainus, qui designatam fratri mortem intulit, causa fuit per se mortis Abelis. At causa per accidens fuit juvenis ille apud Plutarchum, qui cum lapide canem paternum infestum sibi novercam interemit, alteroque vim adjecit lapidem nec sic quidem male cecidisse.

Causa denique efficiens dividitur etiam in remotam, et proximam. Quid remota et proxima? Remota, quae etiam mediata vocatur illa est, ~~quae~~ a qua ~~effectus nullis aliis causis intercedentibus producitur~~ nonnisi aliis intercedentibus causis effectus habetur: causa vero proxima sive immediata est, a qua nulla alia causa intercedente producitur. Sic Pater est causa proxima filii, avus remota. Causae proximae ad remotiores comparatae subordinatae dicuntur. Exempli gratia pondus horologii alteram quam apud rotulam commovet, haec alteram, et sic porro dum motum ipsi indici communicatur, pondus illud est quidem causa motus indicis, at solum remota, rotulae si cum hac conferantur, causae subordinatae dicendae sunt. 137.

Ex hac causarum subordinatione patet veritas Philosophici illius axiomatis: quod est causa causae, est etiam causa causati. Id est, quod continet rationem sufficientem, cur aliquid agat, effectuum quoque, qui ab illo proficiscuntur, rationem sufficientem in se continet. Ergo qui lapidem jecit is quoque vulneris a projecto lapide inflicti causa est. Id tamen hoc solum modo verum est, cum causae sunt essentialiter subordinatae ut in allato exemplo; quando scilicet actio causae proximae pendet ab actione causae remotae, et hujus actio rursus ab actione remotioris donec regrediamur ad causam in serie primam. Quod si actio causae proximae accidentaliter solum ab actione causae remotae penderet, quod tum evenit, cum causa proxima a remota quoad existentiam dumtaxat pendet, hoc in casu allatum axioma Corol.

non

non attinet. Si artifex in eorum genere ratio, non ex fine, ut hominem jugu-
lat artifex est causa solum remota, ad quam proxima immediate [illegible]

Quid actus primus, et secundus? 138

Causa efficiens in actu primo consideratur, quum praecise agendi potestas in ea concipitur; cum vero causationem quam reapse efficere intelligitur in actu secundo spectatur. Rursus vero actus primus, vel remotus est, vel proximus. Remotus cum sola agendi potentia gaudere intelligitur. proximus cum adesse pariter concipiuntur omnia quae ad effectum producendum requiruntur. Anima volens est in actu secundo suae volitionis. Animus habens repraesentationem boni est in actu primo proximo ad volendum, si non cognoscat bonitatem objecti propositi, est in actu primo remoto.

Quid conditio sine qua non? 139.

Ea quae praeter potentiam [illegible] ad actum ejusdem primum requiruntur conditiones sine quibus non vulgo appellantur. Est autem conditio sine qua non id, quod est praeter causam requiritur et sine quo causa effectum producere non potest licet in eo nulla vis aut potentia effectui producendo immediate [illegible]. Harum vero alia positiva, alia negativa est. Applicatio causae ad subjectam materiam et ignis ad lignum positiva est, impedimentorum remotio conditio est negativa.

Quid actio in distans? 140

Causa tunc in distans agere dicitur, quando ipsa corpus unum in aliud a se distans ita agit ut nihil inter utrumque intercedat. Hac ratione singulos planetas in alios agere docent hodierni Philosophi [illegible], inquit [illegible] licet [illegible] exempla proferri [illegible] distinctionem [illegible] naturalis apparent [illegible] ad actionem in distans requiritur ut nulla inter duo corpora interjacentia affluvia, vel corpus agens non contingat, vel [illegible] contingant effectum [illegible] qui in distans haberi dicitur, nullo modo producant.

Quid progressus in infinitum?

Progressus in infinitum de quo saepe mentio reperitur, habetur si causarum subordinatarum series sine causa prima ponatur. Verum quomodo pro-

propositioni repugnare omnino vel inde colligitur, quod in hac serie nullu- 141.
est causa effectus ultimi plene, et adaequate sufficiens

Plures hic nonnullae pertractari solent quaestiones. nos earum nonnul- Scholion
las jam supra attigimus, nonnullas vero hic paucis expedimus. Primo ita-
que statuimus, quod ens necessarium non habet causam efficientem.
Quod enim habet causam efficientem, illud ab ea quoad existentiam pen-
det: ergo q. Econtra vero omne ens contingens habet causam efficientem.
Namque omne ens contingens quoad existentiam pendet ab alio; ergo illud ali-
ud efficit, ut ens contingens existat; proindeque est illius causa efficiens. Cum ve-
ro existentia entis contingentis ab ente necessario pendeat, hinc evidens est, ens
necessarium esse causam efficientem ~~entis~~ entis contingentis. Tertio denique statuimus
non posse plus esse in effectu, quam in causa. Sit enim aliquid in effectu, quod
non sit in causa, jam illud vel pendebit a causa, vel non; si primum jam eatenus
est in causa, quatenus haec ejus rationem sufficientem continet. si alterum tum
illud est vel a seipso, vel ab alia ~~[illegible]~~ causa: non a seipso ~~nihil~~, nihil enim po-
test esse causa efficiens sui ipsius: si ab alia causa, ergo ad hanc referri debet, pro-
proindeque non erit plus in effectu quam sit in causa

Hinc patet nervus argumenti illius: nemo dat, quod non habet, ubi nullum posset Corol.
esse ens intelligens in mundo, si prima causa, a qua omnia pendent, intelligentia
[illegible] non polleret. Ceterum necesse non est, ut effectus formaliter sit in causa,
sed satis omnino est, ut contineatur eminenter. Dicitur namque formaliter inesse
alteri, quod ita inest, ut est in se, ita nigrities atramenti chartae illita forma-
liter est in atramento, cujus vero tota existentiae sufficiens in altero contine-
tur, illud eminenter inest.

Id cujus gratia causa efficiens agit, seu quod agendo consequi cupit, finis, vel sufficit causa finalis
a finalis nominatur. Sic ex gr. belli gerendi finis victoria est, ~~[illegible]~~ studii 142.
finem

tium amicitiae. Finem autem inter causas recte referri cum ipsa causatio-
tione putat. Unde etiam Seneca: an non putas, inquit, inter causas fa-
cti operis numerandum, quo remoto factum non esset? Finis porro hic sum-
ptus est boni cujusdam veri, vel apparentis consecutio, quae actione posita
speratur. Causa igitur, quae propter finem agit, intelligentia polleat, neces-
se est.

Quotuplex sit finis? Finis alius est proximus, ~~alius~~ alius est remotus, et alius ultimus. Pro-
143. ximus ille dicitur, qui nullo alio intermedio intenditur; remotus, qui
nonnisi alio, vel aliis finibus intercedentibus obtinetur. Ultimus demum
vocatur ille, ad quem omnes alii referuntur. Ex. gr. Cum scholam ingre-
deris pro fine proximo scriptionem, atque explicationem habes, eruditionem
ex utraque hauriendam pro fine remoto intendis; gloriam denique conditoris, ad
quam eruditionem tuam ultimo refers, pro fine ultimo habes. Finis dividitur
etiam in principalem, et secundarium. Principalis est propter quem so-
lum, etiamsi alii fines abessent, actio ~~ta~~ tamen poneretur; secunda-
rius vero est, propter quem solum, si ceteri abessent, actio non ~~pone~~
poneretur. Romam petis ex. gr. voti exsolvendi causa; voti exsolutio
est itineris tui finis principalis. Urbem hac occasione videre cupis; urbis
visio finis est secundarius.

Scholion. Sunt qui causas finales omnes a tractatione rerum naturalium exter-
minandas contendunt. Sed recte id quidem universe. Nam cum Deus sit natura
quaedam intelligens, ut certe est, et quaedam eorum quae fecerit aptissima sint
ad effectum aliquem producendum, eundemque mechanica cum confor-
matione necessario edant, quis neget hunc finem Deo in iis condendis propo-
situm fuisse, ut effectum suum producant, v. gr. ut oculus videat. Inepte igi-
tur pronunciavit Spinoza tanquam ex tripode, omnes causas finales nihil nisi
huma-

humana figmenta esse; hanc de fine doctrinam omnem naturam evertere,
cum id quod re ipsa causa est, ut effectum consideret, et contra, deinde id,
quod natura prius est, faciat posterius. Quasi vero pugnet, unam
eandemque rem diversa comparatione, et causam et effectum, et priorem
et posteriorem esse. Sic si quispiam horologium fabricat, horologium idem et
effectus, et finis actionis est. Ita sanitas et intellectus, quatenus est finis illius,
qui medicamentis utitur, et eadem sanitas in statu reali effectus est.
Quidquid ad consequendum finem deservit, medium nuncupatur, id vero, Quid medium, et
quod consecutioni finis officit, impedimentum vocari solet. Jam vero qui effi- impedimentum?
caci voluntate vult aliquem finem, is media etiam ad eum finem requisita ve- 144.
lit necesse est; nemo enim vellet finem, ut ponitur, et simul vellet, non vellet
ea, quae ad consequendum finem sunt necessaria; quod si tamen sciat eum
media illa aliunde ponenda esse, necesse non est, ut ea intendat, sed suffi-
cit si velit eorundem positionem permittere.

Si quaeras quid sibi velint axiomata illa: finis est prior in intentione, ulti- Scholion.
mus in executione: finis dat mediis amabilitatem, bonitatem, mensuram, or-
dinem. jam ea facile intelliges, ubi advertas, media prius existere oporte-
re, quam finis, cum qui media appetit, ea propter finem appetat. Deinde
qui mediis utitur ad finem quempiam consequendum, jam ante de fine cogi-
tavit.

Causa materialis, sive materia est id, ex quo constat res compositum. Sic Quid causa materia-
marmor est materia statuae, sive columnae. Materia haec appellari solet materia lis?
ex qua, ut discernatur a materia in qua aliquid recipitur, quaeque propterea 145.
subjectum inhaesionis dicitur; item a materia circa quam actio quaepiam ver-
satur; quo pacto marmor statuarii, aurum aurifabri materia est. Haec tamen
partitio materiae magni momenti non est; in eandem quippe rem sub diverso
respe-

respectu consideratum omnia cadunt; itaque marmor materia est, ex qua statua efficitur, in qua figura inhaeret, circa quam artifex versatur.

Quid causa formalis? 146 Causa formalis, sive forma est, quae accedente sic materia disponitur, ut ad certam entium classem refertur, discernaturque ab aliis entibus ex ejusdem speciei materia constantibus: sic forma statuae est ipsa figura marmoris, ex quo tantum statua constat. Atque hinc ortum habuit vetus illud: forma dat esse rei, datque distingui.

Quid causa occasionalis, et exemplaris? 147. Allatis hactenus causarum generibus nonnulli causas occasionales, et exemplares addunt. Sunt porro causae occasionales, quae solum occasionem praebent causae alicui principali, ut actionem quampiam ponat; quemadmodum artifex visi horologii ad alius conficiendum se determinat. Sed causae istae nec vim, nec potentiam agendi ullam comparate cum eum effectum ad quem referuntur, continent, ut cuique patet. Causa exemplaris, sive exemplar est illud, quod causa efficiens dum agit intuetur, ut opus illi simile efficiat; ut idea animo architecti informata, vel delineata, aut typo efficta. Jam vero causae exemplari, sicut et materiali, ac formali aliqua ratione causae dici merentur; continent enim rationem, ut effectus talis existat.

Scholion Sed jam ad illam quaestionem accedamus oportet quae inter Philosophos vehementer agitatur, utrum nempe substantiae productae vere, et proprie agant. Sunt enim, quod miraris, Philosophorum aliqui qui omnes generationum causas secundas, seu creatas ad occasionales referunt, [illegible] ignem, sive Deum vere [illegible] aquam propagant. Caeterum sunt isti qui docent nihil in rerum natura ab entibus creatis vere effici, sed occasiones solum ab ipsis subministrari, quibus positis Deus ad suas leges generales a se constitutas ipse omnia, et solus operetur. Ita, inquiunt, non anima nostra, quacum conjungitur, corpus, non globus incurrens alium sibi obstantem movet, sed ani-
ma

me volendo, globus incurrendo occasionem praebet causae primae, et ipsa sola motum motus leges et in corpore, et in globo motum producat. Utrum Cartesiani a Deo suo Cartesio hanc opinionem acceperint dubitari merito potest, nunquam certe in ipsius scriptis reperitur, quinimo ad P. Mersennum scribens contrarium asseruisse videtur. Verius haec sententia Malebranchio tribuitur, qui in ea exornanda eo processit, ut animam nostram adempta omni agendi vi, et libertate expoliaverit, et quovis stipite inertiorem effecerit. Quamquam alias sacrum maxime convenientiam liberas volitiones animae tribuit. Socios hac in re Malebranchius nactus est multos. multi enim ex Cartesianorum familia ea utuntur meditatione ut relicta spiritibus volendi, judicandi vi vere activa reliquos effectus, qui in hoc mundo eveniunt, quique motionem aliquam indigent a solo Deo veluti causa unica, et immediata provenire doceant. Nos interim neglectis paucissimis illis qui mentem nostram vera agendi vi praeditam esse inficiantur contra quos quod opportunum videbitur in Psychologia statuemus, modo cum iis solum congredimur, qui reliquis etiam causis corporeis veram efficientiam denegant, et sic statuimus: [illegible]

Causas creatas corporeas etiam effectuum suorum non solum occasionales, sed vere effectrices esse, indubitatum est. 19. Propositio 148

Prob. Illud indubitatum esse censendum est, quod communi hominum sensui, et stabilis naturae legibus consentaneum est: sed causas creatas corporeas etiam effectuum suorum vere effectrices esse, opinio est, quae communi omnium persuasioni et stabilis naturae legibus consentanea est: ergo. Min. prob. quoad primam partem: omnes homines, solis fortasse Cartesianis exceptis, tacita quadam naturae voce admonentur, effectus illos quos causis etiam corporeis vulgo tribuimus, ab iisdem proficisci: ac. ex. gr. vere arbitrantur omnes, a globo

a

a tormento emisso cum frangi, a ventorum impetu arbores agitari, ac equorum vi pontes aquae abripi, equos cum currum trahunt, canes cum leporem a grege pellunt vere, ac proprie agere: ergo communi hominum sensui consentaneum est &c. [illegible]

Hinc quoad alteram partem prob. Constans naturae lex est, ut effectus, qui corporibus vulgo tribuuntur, corporibus ipsis proportione respondeant, ut, ex. gr. ut ictus quo corpus aliquod feritur, constanter corporis ferientis massae, ac celeritati respondeat: sed hujus legis nulla videtur posse ratio assignari, si corpora vere non agant, sed ad eorum praesentiam alia quaedam potestas omnia efficiat: quippe enim, cur semper massae et celeritati respondeat ictus, cur non ad praesentiam majoris massae minor ictus, vel major ad praesentiam minoris saltem aliquando non consequatur: ergo debitis naturae legibus consentaneum est &c.

Scholion 1. Ut autem in praesentiarum cum constituere possis, quid juxta vulgarem sententiam pro causa efficiente alicujus haberi debeat, animum ad sequentem canonem advertas: si demonstratione, vel experientia pateat, ubi aliquid ad existentiam cujusquam perpetuam, continuo statibus mutationem subire, tuto pronunciabimus, substantiam illam hujus mutationis efficientem causam esse, uti et Wolfius habet. Quo posito aliquid ponitur, illud ejus ratio sufficiens sit, ita propositum multorum ~~[illegible]~~ [illegible] experientia determinare licet, ex. gr. sole oriente, et occidente, diem, noctemque confici.

Scholion 2. Expositis iis, quae ad causas pertinent, sermonem instituere solent nonnulli de potentia naturali, et obedientiali. Nos eam hanc speciei coordinandam esse ducimus. Potentia itaque naturalis passiva illa dicitur, quam natura vires habet aliquid patiendi, aut

in

in percipiendo; ejusmodi ex. gr. est facultas quam oculus habet obje-
cta repraesentandi. Potentia obedientialis est facultas, quam ens cre-
atum a Deo virtute infinita accipit, aliquid faciendi aut in se recipi-
endi quod quidem facultatem suam naturalem excedit; ejusmodi est fa-
cultas, qua intellectus ex. gr. supernaturali lumine elevatur ad veritates
percipiendas, quas naturaliter cognoscere non posset. Cum porro obedien-
tialis potentia nihil aliud sit, quam externa perfectio et nova natura-
lis potentiae applicatio, inde fit eas ambas reipsa unum esse. Neque vero per
elevationem potentiae naturalis ad effectus naturam excedentes, primitiva
haec natura destruitur; elevatio enim nihil aliud agit, nisi primitivam natu-
ram perfectiori modo exerceat. Licet autem natura humana elevari pos-
sit ad finem supernaturalem habendum, atque ad actus supernaturales ponen-
dos, ex. gr. ad aeternam, et immutabilem felicitatem obtinendam, ad eas intelle-
ctus demonstrationes, et voluntatis motiones, quas sibi relicta habere non pos-
set: nunquam tamen elevari poterit neque ad eos effectus, qui nullam cum
natura relationem habent, neque ad eos actus, qui omnino contra naturam sunt.
quare humana potentia nunquam elevabitur ideo, ut caecus videat, neque
ut aliquid ex nihilo educat; primus enim effectus nullam cum natura rela-
tionem habet; alter est omnino contra naturam

…………… Finis Ontologiae

Metaphysicae pars altera,

sive Theologia naturalis.

In Theologiam naturalem

Prolegomena

Quid Theologia naturalis? 1. — Theologia, ad vim graeci nominis, est sermo de Deo. Hinc Theologia naturalis definiri solet scientia eorum, quae de natura Dei solius naturae ope cognosci [illegible]

Scholion. — Naturalis, quam pertractamus, Theologia plurimum differt a revelata, in qua continetur quidquid de Deo ipsius admonitu ac significatione homines noverunt, cujusmodi sunt Trinitatis, Incarnationis, aliaque ejusmodi mysteria quae ingenii nostri vires excedunt. Theologia tamen naturalis cum revelata pugnare non potest; utraque enim ejusdem Dei naturam investigat, utraque eandem divinam veritatem [illegible] debet, utraque ab eodem fonte promanat; neque enim alius est qui per lumen rationis, alius qui per revelationem nobis loquitur. Quare tametsi alia in naturali, alia in revelata Theologia tradantur; nihil tamen ponitur in altera, quod negatur in altera.

Quis ejus usus? 2 — Naturalis Theologiae usus amplissimus est tum quia animos praeparat ad Theologiam sacram facilius, et clarius intelligendam cui [illegible] praebet fundamenta; tum quia eorum impietatem profligat qui cum natura Dei [illegible] omnem auctoritatem vellent ac animis hominum superstitionis [illegible] recte confirmandis moribus, ac officiis principia suppeditat, ut acute [illegible] pronunciaverint [illegible] nobis non fuisse, [illegible] amplissimum studium [illegible] admissi; cum hoc [illegible] non crescere, [illegible] hoc meminerimus, [illegible] ad immortalitatem nam et in certum [illegible]

nostri meliorem. Cicero vero praeclaram hanc scientiam et ad agitationem animi pulcherrimam esse, et ad retinendam Religionem necessariam omnino existimavit.

Caput 1.

De existentia Dei.

Dei nomine intelligimus praestantissimum quoddam ens, ab hac rerum universitate diversum, absoluta necessitate existens, quod mundum condidit, gubernavit, et regit. Quid Deus? 3.

Complures plurimas Dei definitiones afferre solent; at enim libere nominis definitio demonstratione complectitur, quoniam ipsa a re quavis alia secerni definitum potest. Nos eam hic deligimus, ex qua caeterae Dei proprietates facili ac perspicua connexione deriventur. Et vero in hac omnes convenire debent. Hoc enim omnes inquit Augustinus Deum consentiunt esse, quod caeteris rebus antiponant: item: omnes latinae linguae ignaros, cum aures eorum sonus iste tetigerit, movet ad cogitandum excellentissimam quamdam immortalemque naturam. Si quis tamen definitionem quam attulimus, impugnare velit is ostendat necesse est characteres quibus continetur, aut alteri praeterea cuipiam naturae, aut ne divinae quidem posse accomodari, quod quidem effecturum arbitror neminem. [illegible] scholion.

Absurdum sane est, apud Philosophos Christianos disputari an sit Deus; sed ad proponendam huic quaestioni locum, ius necessitatem dedit nefaria quorumdam perversitas, qui spreto rationis lumine, excusso omnis Religionis jugo, et cupiditatibus liberius indulgendi studio excaecati, dixerunt non est Deus. Illud igitur hominum genus, vel potius monstra, qui Dei existentiam non agnoscunt, Athei nominantur. Alii porro negativi alii Quid Athei, et quotuplices? 4.

positivi

positivi sunt. Negativi dicuntur, qui Dei existentiam ignorant; positivi autem, qui Dei existentiam negant, aut saltem in dubium revocant.

Scholion.

Jam a priscis usque temporibus inventos fuisse homines tantae impietatis, et insaniae, qui perinde viventes, ac si nullus unquam existeret Deus criminum vindex cogitationibus quibusdam Dei existentiam inficiati sunt compertum est. Hos positivos appellamus, nonnulli Atheos practicos vocant. Inter hos ex antiquis recenseri possunt Diagoras, Theodorus, Protagoras, Epicurus, qui etsi verbis Deos reliquisse videatur esse, re tamen eos plane sustulit: ex recentioribus vero nati sunt, Lucilius quidem origine Italus, qui anno 1619. Tolosae crematus est; Machiavellus, qui ex Calvini secta factus Atheus, eodem supplicio Parisiis affectus est, Benedictus Spinoza, qui Epicurum imitatus, quoad vulgum attinet reliquit Deum, quoad rerum naturam attinet sustulit omnino, abijcque. Quod si de Atheis negativis sit sermo, qui multam omnino Dei cognitionem habent, hos nec extitisse unquam, nec existere posse saltem per diuturnum temporis spatium, ex iis quae infra post ubi Dei existentiam comprobabimus, affirmamus, compertum fiat. Contra positivos itaque Atheos, sive practicos, ut etiam convincat Deum existere demonstrabimus; et quidem triplici illo argumentorum genere, quo uti solent Philosophi, ad Atheorum impietatem revincendam; metaphysico nempe quod ex rerum contingentia depromitur; physico, quod ex universi pulchritudine, et harmonia trahitur; morali denique argumento quod ex unanimi omnium consensione petitur. Sit itaque prima.

Propositio prima

Existere Deum ex rerum omnium, quae in Mundo sunt,

con-

contingentia, et mutabilitate invicte ostenditur. 5.

Prob. Existit Deus, si entia, quae in mundo sunt, contingenter existunt;
sed entia quae in mundo sunt, contingenter existunt. ergo etc. Maj. prob. Da-
tur ens supremum, absolute necessarium, ab hac rerum universitate
diversum continere potest rationem plene sufficientem existentiae entium
contingentium: sed ens ejusmodi Deus est, ut ex definitione constat: ergo etc.
Maj. prob. Ejusmodi ratio sufficiens reperiri non potest in ente contingente,
quod intra aliorum seriem reperitur. ergo in hoc ens supremum etc. Ant. prob.
Omne ens contingens est sibi insufficiens ad existendum: sed ejusmodi ratio con-
tineri non potest in eo quod ipsum est sibi insufficiens ad existendum; quomo-
do enim ratio plene sufficiens existentiae alicujus entis contineri potest in
eo, quod nec ipsius existentiae rationem sufficientem non continet, cum
tamen haec requiratur ad illam: ergo etc. Alter syllogismi prioris min. prob.
quod scilicet entia, quae in mundo sunt contingenter existant. Entia quae
in mundo sunt non existunt necessario: ergo contingenter; neque enim in-
ter ens contingens, et necessarium datur medium. Ant. prob. Si entia, quae
in mundo sunt, necessario existerent, essent entia necessaria, proindeque
existerent a se, complecterentur in se omnes perfectiones atque illi-
mitata, essent immutabilia, immensa, aeterna etc. ut in Ontologia de ente ne-
cessario agentes statuimus. sed haec omnia ab entibus, quae in mundo sunt
quam longissime absunt: ergo etc. Et sane nonne ex entibus, ex quibus haec
rerum universitas constat, alia oriri, alia interire videmus? sed quae ori-
untur, et intereunt contingentia sunt; quae enim naturae necessitate exi-
stunt, non existere omnino non possunt, adeoque et initio existendi, et fi-
ne carere necesse est. Nonne praeterea attenta mentis, oculorumque con-
templatione patet, omnia hujus mundi entia citius, atque nunc sunt esse po-
tuis

bilia, variis mutationibus, et ~~affectibus~~ defectibus obnoxia esse, quin imo non-
ne tolli hæc rerum universitas potest, quin illam inde sequeretur ab-
surdum, quæ quidem certissima sunt contingentiæ indicia? Entia igitur c.

Confirmatur. Vel ~~existit~~ admittendum est ens necessarium aliquod, ens nihi-
est a se, hoc est Deus ex necessitate suæ naturæ existens, vel dicendum
est, omnia, quæ existunt, ab alio producta fuisse: sed hoc posterius o-
mnino repugnat: ergo. Min. prob. si omnia entia quæ existunt, ab
alio producta fuissent, tum tota rerum existentium collectio procre-
ata fuisset: sed hoc itemque absurdum est: ergo. Min. prob. si tota rerum
collectio procreata fuisset aliqua indiguisset causa, per quam to-
ta entium collectio existeret, nullus enim sine causa effectus datur: sed
nulla excogitari potest, ex qua tota entium existentium collectio suam
habuisset originem: ergo &c. Min. prob. si quæ daretur causa, ea vel esset
ens aliquod intra collectionem sumptum: sed hoc repugnat: ergo. Min.
prob. Ens illud non produxisset totam collectionem, in qua continetur, pote
creata, quia sibi quoque existentiam contulisset: atqui nullum ens exi-
stentiam sibi conferre potest, alioquin est seipso prius, et posterius: er-
go tota rerum existentium collectio absque ulla causa existeret, si fuis-
set ab alio procreata: quod est absurdum. Tota igitur entium existen-
tium collectio non fuit producta, proindeque existit ens aliquod ne-
cessarium, nempe Deus, a quo cetera omnia, tanquam a causa primâ de-
pendeant. Sed miramur, cum adversarios qui multa accumulant quibus
vel ipsam Dei existentiam vel ejus ullam demonstrationem rejicere co-
nituntur.

Objectio prima. 6.

Deus est primum ens: sed primum ens demonstrari non potest: ergo. Min. prob.
Quidquid demonstratur demonstrari debet per aliquid ipso prius: nec primum en-
ta.

te, cum Deo nihil est prius: ergo &c. Accedit, quod Deus est prima veritas. Sed prima veritas demonstrari non potest, ut fatetur Aristoteles, qui ait ridiculum esse naturam demonstrare velle: ergo &c.

Con. maj. distinguo min. Deum demonstrari non potest a priori tanquam a suis causis, con. demonstrari non potest a posteriori tanquam a suis effectibus, nego min. et sic distincta min. nego consequentiam. Ad prob. distinguo maj. Quidquid demonstratur demonstrari debet per aliquid, quod prius cognitum, con. ipso prius existens, nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Deum itaque eius licet a priori demonstrari non possit, illius tamen existentia ex effectibus quos edidit manifeste inferri potest proindeque a posteriori demonstratur. Ad hanc porro demonstrationem a posteriori non requiritur ut sit aliquid ipso, quod demonstratur, prius existens, sed satis est ut sit aliquid ipso prius cognitum, et cum ipso necessario connexum. Ad alterum quod addebatur responderi potest cum distinctione, ajendo nempe, Deum esse primam veritatem in essendo, non in cognoscendo. Est scilicet Deus prima veritas metaphysica, sive in essendo, ut ajunt, quatenus non involvit contradictionem; non tamen est prima veritas logica, sive in cognoscendo, sive primum cognitionis principium, ac proinde non repugnat, ut Deus hac ratione sit aliqua alia veritate posterior atque sic demonstrari possit. Ridiculum autem est demonstrare velle naturam, tum quia hac demonstratione non eget, tum quia a priori demonstrari non potest, quae sola Aristotelis aevo vera est demonstratio. Responsio.

Existentia Dei demonstrari non potest, nisi prius ipsius essentia cognoscatur; sed essentia Dei cognosci non potest: ergo &c. Objectio [illegible]. 7.

Distinguo maj. Existentia Dei demonstrari non potest, nisi prius ipsius essen- Responsio.

essen-

essentia cognoscatur; hoc est nisi prius tradatur definitio nominis Dei, per quam ab aliis entibus sufficienter discernatur, con. maj. nisi prius solvatur quaestio, in qua consistat essentia Dei, nego maj. et omissa min. nego consequentiam. Itaque contra Atheos existentiam Dei demonstraturi explicare quidem prius debemus, quid nomine Dei intelligi velimus. Atque hoc initio quidem praestitimus, eamque Dei notionem tradidimus, quae ab Atheis etiam admitti debeat. Hoc autem praestito ad demonstrandam accurate Dei existentiam minime necesse est quaestionem aliam omnino diversam agitare, in quo scilicet Dei essentia sit reponenda, sive quodnam sit primum illud, quod de Deo concipitur, et ex quo omnia Dei attributa fluere intelligantur. Haec quaestio est, quae ad Theologos pertinet; eam tamen brevi postea attingemus.

Objectio tertia. 8.

Illius existentia demonstrari non potest, cujus nullam habemus ideam; atqui Dei nullam habemus ideam: ergo etc. Min. prob. Deus est ens infinitum: sed infiniti nullam habemus ideam: ergo etc.

Responsio.

Distinguo maj.: illius existentia demonstrari non potest, cujus nullam habemus ideam, neque perfectam, neque imperfectam, con. maj. cujus imperfectam saltem habemus, nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Ad prob. con. maj. et similiter distincta min. nego consequentiam. Cum idea perfecta sit illa, quae omnia objecti attributa repraesentat, nos ejusmodi perfectam entis infiniti ideam habere non possumus. Imperfectam tamen habemus, quatenus attributa quaedam concipimus, quae soli infinito competere possunt, cujusmodi sunt necessitas existendi, omnipotentia, summa intelligentia etc. Imperfecta igitur entis infiniti idea dici potest. Ceterum innumera sunt, quae esse certissime novimus, licet eorum essentiam non comprehendamus. Nonne adversarii ipsi mundum, et materiam aeternam sibi fingunt?

Quam

Quam ~~[illegible]~~ tamen aeternitatis ideam sibi efformare volunt.

Sed instant, et inquiunt, quod quidquid a nobis percipitur finitum est, [illegible] illud enim finitum est, cui potest aliquid addi; sed nihil a nobis percipitur, cui non possit aliquid addi; quidquid igitur a nobis percipitur finitum est, proindeque nullam habemus ideam entis infinite perfecti. Addunt et illud ens infinite perfectum cognosci non posse, quin omnes illius perfectiones innotescant, quia ad cognitionem entis infiniti requiritur, ut quidquid eius naturam constituit, innotescat: sed omnes perfectiones constituunt naturam entis infiniti. ergo &c.

Sed respondemus ad primum nos infinitum percipere posse; infinitum enim a finito secernimus, et infiniti proprietates demonstramus; quod quidem praestare non possemus, nisi infinitum aliquo modo perciperemus. Ad secundam rationem respondemus concedendo illud quidem finitum esse, cui potest aliquid addi, quod ipsius proprietates augeat; quod vero ipsius notionem tantum evolvat, negamus. Porro nulla res a nobis percipitur, cui non possit semper aliquid addi, quod ipsius notionem magis evolvat, et explicet; in ea quippe novi quidem ~~[illegible]~~ respectus semper detegi possunt. Responsio.

Ad alterum negamus ens infinitum ~~[illegible]~~ cognosci non posse, quin omnes eius perfectiones innotescant; nam enim si ad objecti alicuius cognitionem requireretur, ut omnes, et singulae perfectiones innotescerent, jam nullius rei, quantumvis limitatae notitiam assequi possemus. Sed inquiunt ad cognitionem entis infiniti requiritur, ut quidquid eius naturam constituit, innotescat: si implicite, et conglobatim intelligant concedimus, si explicite, et speciatim, negamus. Explicite siquidem omnes perfectiones, quae naturam Entis infiniti constituunt, non cognoscimus; id enim fieri non potest, nisi per ideam infinitam, cuius mens nostra capax non est. sed id necessarium non

est

est ad ens infinitum cognoscendum: at sufficit si nonnullae tantum clare innotescant, in quibus caeterae omnes involvuntur, et a quibus dimanant, quod est implicite omnes cognoscere.

Objectio 4ta.
9.

Entia contingentia existentia non possunt esse medium demonstrationis existentiae entis necessarii; sed entia hujus mundi sunt contingentia existentia: ergo. Maj. prob. Medium demonstrationis debet esse necessarium: ergo.

Responsio.

Neg. maj. Ad ejus prob. ~~nego~~ distinguo ant. Medium demonstrationis debet esse necessarium necessitate connexionis, con. ant.; necessitate rei, seu existentiae, nego ant. et consequentiam. Inter existentiam entis contingentis, et existentiam entis necessarii necessaria est connexio, cum ens contingens existere non possit nisi ab ente necessario ad existentiam producatur: atque hoc sufficit, ut ex entis contingentis existentia concludamus existere ens necessarium, seu ens a se, quod existentiae entis contingentis rationem sufficientem contineat

Instantia.

Existentia entis contingentis non est necessario connexa cum existentia entis ~~contingentis~~ necessarii: ergo ~~hac~~ haec ex illa inferri non potest. Ant. prob. Tunc enim ens contingens necessario existeret sicut ipsum ens necessarium, ac proinde foret simul, et non foret contingens. Deinde quod ens necessarium existere potest sine contingente: ergo et ens contingens sine necessario. Sicut enim repugnat, ut id cujus est ratio, sine ratione sufficiente existat, ita quoque repugnat ut ratio sufficiens existat sine eo, cujus est ratio; si igitur haec repugnantia in priori casu non obstat quominus nempe ens necessarium esse possit sine contingente, neque obstabit in posteriori, quominus nimirum contingens absque necessario esse possit.

Responsio.

Distinguo ant. Existentia entis contingentis cum ente necessario non est connexa necessario necessitate absoluta, et antecedente, con. ant. non est connexa necessario necessitate conditionata, et consequente, nego ant.

et

et conseq.tm In hypothesi siquidem, quod ens contingens existat, necesse omnino est, ut ens necessarium quoque existat; sicut generatim in hypothesi, quod effectus existat, causae quoque existentia necessaria est. Manifestum porro est, connexionem quamlibet necessariam contingentis entis existentiae nihil obesse. Quod vero adtinet ad ens necessarium; illud quidem sine contingente existere potest; cum enim a nullo pendeat, sibi ad existendum plane sufficit. Ens autem contingens in existendo natura sua ab ente necessario pendet. Neque vero repugnat, quod ratio sufficiens sine eo, cujus est ratio, existere possit; ens enim necessarium non ex essentia sua, sed ex libero arbitrio ens contingens producit, proindeque pro eo tantum casu, quo illud vult, est ejus ratio sufficiens. Contra ens contingens ex essentia, et natura sua, cum existit, ex ente necessario tanquam ex ratione sufficiente producitur; quamobrem absolute repugnat, ut unquam sine hoc existere possit.

Objectio 5ta 10.

Omne ens contingens est finitum, et ens necessarium est infinitum: sed ex entis finiti existentia demonstrari non potest existere ens infinitum: ergo etc. Min. prob. Inter ens finitum, et infinitum nulla est proportio; ergo ex entis finiti existentia etc. Accedit, quod major sit proportio inter hominem, et Angelum, quam Deum inter et creaturas. Atqui tamen existere Angelos demonstrari non potest ex eo quod homines existant. ergo neque existere Deum ex eo quod homines existant.

Responsio.

Nego min. Ad illius prob. distinguo ant. inter ens finitum, et infinitum nulla est proportio entitatis, con. habitudinis et dependentiae nego ant. et conseq.tm Cum perfectiones, quae enti finito insunt, numero, et gradu limitatae sint, nulla potest esse proportio entis finiti ad ens infinitum, quoad entitatem, seu numerum, et gradum perfectionum, quae in ente infinito illimitatae sunt. Verum hoc non obstat, quominus ens finitum, atque con-

contingens ab ente entium infinito, et necessario pendeat, a quo existentiam accepit; imo eo ipso, quod ens finitum aliquod ac proinde contingens e-
xistit, necesse est ut ens etiam infinitum existat, ut jam supra ostendi-
mus. Ad alterum distinguo maj. Major est, respectu entitatis, quae nos in exis-
tentiae potius quam in existentiae cognitionem ducit, con. major est, respectu
operationis, et connexionis qualis inter effectum, et causam intercedit, quae
quae nos ad cognoscendum existentiam ducit nego maj. et con. minorem min.
nego conseq.tiam Angelis etiam non existentibus existere possent homines, sic
tamen suprema aliqua causa productrice rei contingentis existere nequaquam pos-
sent.

Instantia. Opus finitum non probat auctorem infinitum, sed omne ens contingens, et mundus ipse adspectabilis est opus finitum: ergo q.

Respondeo. Distinguo maj. Opus finitum tam in se, quam in producendi modo non probat auctorem infinitum, con. in se spectatum tantum, sub quo esse non potest, nisi existat ens a se, ideoque infinitum, nego maj. et similiter distin-
cta minore nego conseq.tiam [illegible]

Objectio 6ta. 11. Ex effectu possibili possibilis tantum causa colligitur; ergo ex effectu con-
tingente contingens tantum causa, non vero necessaria argui potest

Respondeo. Con. ant. Distinguo consequens, argui potest contingens tantum causa proxima, et immediata, con. conseq.tiam etiam causa mediata, et omnium pri-
ma, nego conseq.tiam Res finitae, et contingentes non exigunt quidem proxi-
mam causam, et immediatam, quae quae necessaria sit, et infinita, exigunt
tamen causam aliquam mediatam, et omnium primam, quae infinita sit
aeterna, et necessaria, ut ex notionibus ontologicis compertum est

Objectio 7ma 12 Si enim athei series entium contingentium infinita statuatur, quorum
unum ab altero dependeat, tunc in serie ipsa ratio plane sufficiens existen-

tiae

tia cujuscunque entis contingentis haberi potest. Sed si res ita se habet, necesse non est, ut ratio plene sufficiens existentiae entis contingentis in ente necessario contineatur: ergo etc.

Sortitur etiam absurda Atheorum hypothesis, quam potius contradictionis plenam ostendimus, nondum tamen id, quod Athei colligunt, quod volunt. Tametsi enim series haec ab ultimo ejus individuo versus anteriora progrediendo ponatur esse infinita: in ea tamen nequit stricte sumta contineri sufficiens existendi ratio cujusquam entis contingentis. Siquidem primis enim entia sigillatim accepta non possunt continere sufficientem existendi rationem alterius entis, quia cum omnia singula contingentia sint, sibi ad existendum insufficientia sunt, multo minus igitur ad existentiam alterius sufficientia esse poterunt. Deinde neque omnia talis seriei entia collective sumta dictam rationem continere possunt. Cum enim unumquodque individuum illius seriei contingens sit, si seorsum spectetur, ipsa etiam series, sive tota entium contingentium collectio contingens sit oportet; namque collectio mente facienda per se, quae nihil efficacitatis tribuit, nihil de essentiali insufficientia detrahit. Cum igitur unumquodque ejusmodi ens prorsus careat absoluta existendi necessitate ~~[illegible]~~ imo natura sua directe absolutam existendi necessitatem excludat; absurdum omnino est asserere infinitam id genus entium seriem abire posse in collectionem, cui absoluta existendi necessitas insit, quemadmodum absurdum esset asserere ex. gr. infinitam lapidum seriem, quorum unusquisque prorsus intelligendi vi careat, constituere posse collectionem intelligendi vi praeditam, aut infinitam zerorum seriem aequivalere posse quantitati positivae, et id genus alia.

Responsio

Sed, ut dixi, Atheorum hypothesis contradictionis plena est. Siquidem

enim

nis enim numerus actu infinitus repugnat ut in Ontologia ostendimus. Dein-
de series illa ex omni aeternitate durare debuerat, uti ponitur; et poni de-
bet, si initio caret: in ea igitur serie dari debuerat aliquod individuum,
quod sit aeternum, existendique initio careat; nam enim quae ratione suffi-
ci possit, ut series illa ex omni aeternitate durare debuerat. Deinde illud quam
individuum existendi initium habere; cum enim contingens ponatur ab
alio praeexistente ad existendum determinari debuit. Quae quidem con-
tradictoria esse, quod non videat? [illegible]

Instantia 1ma. Argumentatio a sensu distributivo ad collectivum, cujusmodi hic posita est
potest esse mala, ut patet in his: singulae partes non sunt totum: ergo
neque collectio omnium partium est totum. Singuli milites hostem ster-
nere non possunt: ergo neque totus exercitus; ergo pari ratione ma-
la erit haec argumentatio: nullum individuum habet rationem suf-
ficientem suae existentiae in se: ergo neque tota collectio.

Responsio. Distinguo ant. Argumentatio a sensu distributivo ad collectivum potest
esse mala, si praedicatum sit accidentale, vel quantitativum, vel conveni-
at singulis prout pars sunt, vel dumtaxat, ut sunt quid finitum,
con. ant. Si praedicatum sit essentiale, conveniens singulis, ut sunt ens, nec
pendeat, aut connectatur cum ratione finiti, et ratio, ob quam singulis
idem praedicatum convenit, reperiatur in ipsa quoque collectione infini-
ta, vel aeterna, nego ant. et consequentiam. In nostro casu nullum individuum
habet rationem suae existentiae in se est praedicatum essentiale singulis omni-
no individuis conveniens, nec adversatur collectioni, licet illa infinita, aut
aeterna fingatur; imo omni universo convenire debet, cum ratio ob quam
singulis individuis convenit, insit etiam collectioni licet infinitae, et aeternae.
E contrario autem esse totum sternere hostem sunt praedicata, quae
con-

conveniunt singulis partibus, sed fundantur in ratione totius.

Tametsi quodlibet individuum seorsim sumptum contingens est; possit nihilominus ~~[illegible]~~ eorundem collectioni vaga quaepiam necessitas inesse, vi cujus semper aliqua individua indefinite sumpta necessario existant, a quibus alia producantur: sed stante hujusmodi vaga necessitate, dicta collectio non esset contingens: ergo q. Maj. prob. Tametsi quaelibet navis seorsim sumpta contingens sit navigatio, adest tamen vaga quaepiam necessitas, vi cujus aliqua indefinite navis necessaria sit ad navigandum: ergo similiter q. — *Instantia 2da.*

Tametsi q. possit nihilominus eorundem collectioni vaga quaepiam necessitas hypothetica inesse, transmitto maj. necessitas quaedam absoluta, nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Ut quaepiam collectio contingentium desinat esse contingens, absoluta quaedam existendi necessitas eidem insit, oportet; hypothetica non sufficit. Jam vero qui potest fieri, ut per meram contingentium, ac proinde absoluta existendi necessitate carentium aggregationem collectio quaepiam absoluta necessitate existens conflictur! Anne putas fieri posse, ut omnis absolutae necessitatis inopia per meram sui multiplicationem etiam sine fine continuatam, in absolutam tandem necessitatem abeat! ut nihilum infinities acceptum habeat in quantitatem positivam, et id genus alia! Licet igitur transmittamus, fore ut in ejusmodi serie vaga quaepiam necessitas insit, vi cujus semper aliqua individua existere debeant sub hac hypothesi, si producenda sint nova entia contingentia; adhuc tamen series illa contingentium non desinat esse contingens — *Responsio.*

Ad prob. maj. distinguo ant. Tametsi unicuique navi adest tamen vaga quaepiam necessitas, et haec necessitas est mere hypothetica con. ant.

est

ex absoluta nego ant. ergo similiter &c. Distinguo etiam consequens simi-
liter dictum: navis potest inesse hypothetica quaedam necessitas, transmit-
to consequens, necessitas absoluta nego consequentiam. In veritate hu-
jus enunciationis: aliqua navis est necessaria ad navigandum, non requiritur
illam navim existere absoluta necessitate, sed tantum aliquam existere de-
bere, si instituenda sit navigatio. Igitur uniqua illa necessitas, vi cujus aliqua
indefinite navis est necessaria ad navigandum, est mere hypothetica. Con-
tra vero, ut verum sit dictam seriem non esse contingentem, inesse quaedam
absoluta existendi necessitas continuatio oportet; quod tamen fieri non posse
jam alibi ostendimus.

Instantia 3tia. Addunt et illud, finita in ipso progressu in infinitum naturam penitus mu-
tare. Sic focica gr. ellypsis quamdiu finito intervallo ab invicem di-
stant, ejusque spatium non mutant; si vero intervallum in infinitum pro-
rigatur, tunc ellypsis in Parabolam convertitur, ut mathematici mo-
nent.

Responsio. Falsum tamen est finita in ipso progressu in infinitum naturam mu-
tare; namque entia contingentia, utcunque eorum numerus augea-
tur, ad entis necessarii naturam nihilo magis unquam accedunt. Et sane in-
finito intervallo ceterum entia contingentia, quanto decem millia &c. ab en-
te necessario distant. Nec adducta paritas vim ullam habet. Namque per-
mutatio naturae non illico, sed sensim, et singulis accessionibus fit; quo
magis namque foci ab invicem recedunt eo magis ellypsis ad parabolam
accedit.

Objectio 4ta. 13. Non repugnat mundum ab aeterno extitisse: ipse S. Thomas 1. parte
q. 46. art. 2. haec habet: Mundum non semper extitisse, sola fide te-
netur, et demonstrative probari non potest. Sed in hac hypothesi necessa-

non

non est admittendum Deum conditorem: ergo q.

Distinguo maj. non repugnat dependenter ab ente necessario, tanquam a se tanquam principio extrinseco, omitto, sibi indipendenter ab ente a se, nego maj. et min. Quaestio utrum mundus per Deum ab aeterno esse potuerit, jam a scholasticis in utramque partem agitata fuit; nos nunc eo ab illa expedienda supersedemus; inferius tamen ostendemus, mundum non modo aeternum non esse, quod quidem certissimum est, sed nec esse posse. Jam vero quod ad propositam quaestionem attinet, licet daremus ab aeterno condi potuisse, quod nonnullis ex scholasticis placuit, quid inde contra existentiam Dei inferri potest, si mundus ejusmodi aeternus dependens tamen Deo alio esset! Responsio

Opponunt denique vel cum Pantheistis, omnia partes hujus mundi entia nihil aliud esse, quam infinitae et necessariae substantiae necessarias modificationes, et attributa, proindeque nulla autem entia contingentia: vel cum aliis ex entibus, ex quibus mundus hic coaluit, solos existendi modos initium, et finem habere, proindeque contingentes esse; entia vero ipsa quemadmodum et materiam, ex qua illa sunt, necessaria et aeterna esse: sed si res ita se habeat ex contingentia rerum entis necessarii a mundo distincti existentia colligi non potest: ergo q. Objectio qua. 14.

Pantheisticum systema adeo nobis inanum, et absurdum videtur, ut ne confutatione quidem indigeat. Responsio. Jam veteri memoria, ut videre licet apud Ciceronem l. 1. De nat. Deorum non pauci fuerunt, qui Deum mundum, ac mundum esse voluerunt. At quis id sibi persuadeat? Quis credat determinatas materiae status et statuum seriem necessariam esse proprietates, quas materia perennes habet, hanc potius, quam il-

lam

hanc determinatum statum necessario exigere? quum hanc legis non foret legis, si hoc instanti, quo hanc determinationem locum obtinet, revera locum alteram obtineret. Quis autem non videat, a cujusvis arbitrio pendere, ut corpus aliquod hunc pro altero statu hoc determinato temporis momento obtineat? Sed contra Pantheistarum errorem fusius refellamus.

Ad alterum quod attinet respondemus imprimis, quod licet mutationes [illegible] quas in entibus hujus mundi observamus contingentes ponamus, [illegible] tamen ex iisdem existentia Dei colligi potest. Harum enim contingentium mutationum rationem sufficientem solum ens necessarium ab hac rerum universitate distinctum continere potest. Nam enim, nisi in quaerenda ratione sufficiente ad ens necessarium deveniretur, jam progressus in infinitum esset, quod est absurdum. Praeterea ens hoc necessarium a rerum universitate distinctum esse deberet; cum enim entia, ex quibus haec rerum universitas constat, indifferentia sint omnino ad hunc vel illum statum, ad hanc vel illam statuum seriem, jam nullus determinatus entium illorum status, nulla statuum series oriretur [illegible].

Sed absurdum omnino est systema quod statuit ens mutationibus obnoxium, naturam tamen, et existentiam necessariam habere. Quomodo enim si existendi modi sunt contingentes, entia ipsa eorumque substantiae necessaria esse possunt? cum existendi modo tam arcte copulata sit existentia, ut haec absque illo, nequaquam, neque concipi possit. Quemadmodum ens cui determinatus existendi modus necessarius est, naturae necessitate constat, ita cum entia existendi modos contingentes habent, natura sua contingentia sint oportet. Accedit et illud, quod materia aeterna, et [illegible] status non potest, quae sit ens a se, proindeque complectatur in se omnes

omnes

mnes possibiles perfectiones, et realitates absque ullo limite, quas tamen perfectiones materiam complecti, ne nemo qui mente captus non est somniaverit.

Deum existere, ex mirabili orbis universi dispositione luculenter evincitur. Propositio 2da. 15

Prop. 1mo. Existit Deus, si quae sit causa summe intelligentia, et sapientia praedita, quae varias orbis universi partes conformaverit, atque ordinaverit: atqui hujusmodi causa est admittenda: ergo etc. Min. prob. Vel hujusmodi causa summe intelligens et sapiens est admittenda, vel dicendum est, omnia, quae oculis subjiciuntur, temere, et cum fortuito disposita fuisse atque administrari: atqui hoc posterius sentire non modo impium, sed etiam absurdissimum est: ergo etc. Min. prob. In hac Mundi structura observatur elegantissimus ordo, nexus, proportio, finis, ad quem omnes partes optime conspirant: sed absurdissimum est dicere, elegantissimum ejusmodi ordinem, nexumque temere, et cum fortuito coaluisse, et conservari: ergo etc. Min. [illegible] homines sunt a natura comparati, ut cum artificiosum opus viderint illud artifici intelligenti, et arte proportionata ad opus illud ponendum praedito tribuant: ergo idem sentiendum est etiam de mirabili artificio, quo conditus est mundus, proindeque absurdum est dicere mirabilem orbis universi ordinem temere, et cum fortuito coaluisse: sic quicumque vel splendidum, et ornatissimum palatium, vel librum eruditissime conscriptum, vel horologium videat ita constructum, ut non horas modo, sed ipsa temporis minuta designet, is profecto haec aliaque ejusmodi ab opifice aliquo intelligentia laborata fuisse statim concluderet; et si haec impacta non arte singulari, sed fortuito atomorum concursu facta vellet, insanus merito haberetur: ergo pro-

rso:

tori jam id dicendum est de mirabili mundi structura, in qua fines aperte deprehendimus, quibus cum apprime cohaerent illius partes; proindeque agnoscenda est causa tum summe intelligens, quae sibi [illegible] finem, et instrumenta ad eum assequendum idonea cognoscere noverit; tum summe potens, quae tam grande, tanquam magnificum exemplar mente praeconceptum voluntate sua perfecerit. Pulchre argumentum hoc urget Tullius de nat. Deor. l. 2. ut si quis, inquit, in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit, cum videat omnium rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intelligat, qui praesit, et cui pareatur; multo magis in tantis motionibus, tam multarum rerum, atque tantarum ordinibus, in quibus nihil umquam immensa, et infinita vetustas mentita sit, statuat necesse est ab aliqua mente tantos naturae motus gubernari. [illegible]

Ad maj. negativis syllogismi quod attinet, quod existat in mundo mirabilis omnino, ordoque observatur, infinitus essem, si omnia recensere vellem divinae sapientiae argumenta, quae in orbe universo conspiciuntur. Quid enim orbe universo mirabilius, quid omnium ejus partium consensione ordinatius? Si oculos ad caelum attollimus, quanta pulchritudo, quam mira singulis in partibus varietas, et concordia? immensa illa corpora, quae supra nos volvuntur, quam miram sua in mobilitate uniformitatem servant? Sol eandem semper conversionem subit, vel statutis temporibus utriusque hemisphaerii plagas suo calore recreat, suo lumine collustrat, auctor anni tempestatibus dierum, noctiumque vices certo distribuens ordine, alternam quietis, et laboris vicissitudinem praebet. Unde merito admirationis exclamavit Psaltes Regius: Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Quod

Quod si a caelo in terram oculos convertamus, quot, et quanta in obviam nos offerunt divinae intelligentiae argumenta! Vana animadversione quaedam ad hominum utilitatem ducunt, et nutriunt, ex ipsius terrae solo diversae plantarum species nascuntur, quae delectant, et prosunt. Supra ipsius terrae superficiem stupendae ~~[illegible]~~ montium moles eminent, unde maximae, et flumina perennem ducunt originem, quae terram ipsam irrigantes fertilem reddunt. Terram vastus cingit oceanus, cujus ope, quidquid in remotissimis regionibus nascitur, ad nos usque facile devehitur. Globum terrae porro aeris atmosphaera cingit, qui ad vitae animalis conservationem necessarius est, et quoniam terrae vapores aerem corrumperent, sapientissimus naturae auctor ad aeris salubritatem effecit, ut aer perpetuo motu fere continuo agitetur. Interroga itaque optime ac rem nostram Job, interroga jumenta, et docebunt te, volatilia caeli, et indicabunt tibi, loquere terrae, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris, quis ignorat, quod omnia haec manus Domini fecerit?

Ad argumentum hoc physicum pro dignitate, [illegible] tota quam late patet Physica, et Astronomia promovenda esset, et sane non deessent Philosophi non pauci, qui existentiam Dei innumeris fere arg.tis ex particularium rerum consideratione desumptis demonstrarunt, ut ex fetus humani formatione, et nutritione, ex oculo, ex manu, ex capite, ex aure, ex lingua, ex anima, ex tonitru, ex pluvia, aliisque ejusmodi. Et re quidem vera si vel ad nos metipsos cogitationem convertamus, nihil in nobis deprehendemus quod summam supremi conditoris sapientiam non manifestet. Eruditi, inquit S. Basilius, ac diligens sui ipsius contemplatio, non minus tibi manducationem praebebit ad Dei cogitationem. Nam si attenderis tibi ipsi nihilo plus indigebis ex universitatis structura opificem indagare, sed in te, qui veluti in exiguo quodam mundo magnam conditoris tui sapientiam intueberis.

No:

stis, tamen quibus non licet esse prolixis sufficiat alterum illud argumentum afferre, quod ex necessitate primi motoris peti solet.

Prob. 2do Existit Deus, si existit primarius alicuius materiae motor: atqui existit primarius alicuius materiae motor: ergo q. Maj. prob. Vel existit primarius alicuius materiae motor, vel motus est materiae essentialis: sed hoc alterum dici non potest: ergo q. Min. prob. Materia concipi, et existere potest absque ullo motu: revera enim corpora quaedam quiescunt, ut experientia teste, materia ex se manet, ad motum, et quietem indifferens; neque enim ex natura sua tendit ad motum, quod quidem ex eo patet, quod vi motrici resistit: materia igitur et concipi, et existere potest absque ullo motu. Accedit quod si motus materiae essentialis esset, vel esset in omnem partem, vel in partem aliquam determinatam. non primum, tunc enim vires motrices sese mutuo elidere deberent; non alterum, nulla namque teste, modo in hanc, modo in illam partem materiam agitari videmus. Existit ergo q.

Objectio prima 1o.

Ex ordine, quem non cognoscimus existentia Dei probari non potest: atqui hujus mundi ordinem non cognoscimus: ergo q. Min. prob. Mundi hujus ordo ex omnium partium inter se relatione pendet, atqui relationem hanc non cognoscimus: ergo q.

Responsio

Nego min. ad illius prob. distinguo maj. ordo universalis, et quoad singulas omnes mundi partes ex omnium partium relatione pendet, concedo maj. ordo particularis, sive quoad aliquas partes, nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. In hoc mundo media plurima, et instrumenta ad finem assequendum maxime accomodata deprehendimus, et passim aptissimam hanc mediorum cum fine consensum oculos nostros percellit. At vero ubi mirum hanc mediorum cum finibus consensionem deprehendimus, ibi ordinem agnoscimus [illegible] percipimus, seu eam relationem, quam inter se omnes [illegible], habent

bent; proindeque ordo universalis incognitus nobis est; cum particularis ordo vere quoad aliquas mundi partes visibiles, a nobis facile cognoscitur. Sic in corpore humano ecquis statim non intelligit, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad percipiendos odores &c destinatos esse? Idem dic de pluribus aliis orbis universi partibus, quarum mutuas relationes compertas habemus: quod sane sufficit, ut ex ordine, et pulchritudine universi existere ens aliquod sapientissimum inferamus.

In orbe universo non pauca deprehenduntur absque ullo fine, uti montes praegrandes, arenosi, saxei, multa deinde sunt etiam noxia, ut montes ignivomi, herbae venenatae &c. Et deinde incertum est etiam, utrum ea, quae nos cognoscere putamus, eos revera fines habeant, quos credimus: ergo mundus non est opus consilii, proindeque &c. Objectio 10ª. 17.

Nego ant. Et ad primum quidem respondeo imprimis, ex mirabili earum partium mundi connexione, et harmonia, quam perspectam habemus, jam satis colligi summam opificis sapientiam, quod si quae latent, vel si quae sunt quae inutilia, vel noxia esse videantur, ea mentis nostrae angustias, et ignorantiam duntaxat probant. Sic licet ex. gr. vir quidam rusticus, et ignarus aliquarum horologii rotularum utilitatem non assequeretur, non ideo horologii auctor tanquam imperitus damnandus esset. Sed neque montes illi, qui commemorantur, inutiles prorsus sunt, montes enim illi vapores a terra ascendentes condensant in nubes cogunt, a quibus pluviae decidunt; fluminibus plerumque originem praebent, ventos gerunt, aut prohibent, aliaque ejusmodi praestant, ex quibus eorum utilitas satis apparet. Responsio

Quod vero attinet ad ea, quae noxia esse dicuntur, ut montes ignivomi, plantae venenatae, animalia &c respondemus montes ignivomos maximam nobis utilitatem afferre; avertendis enim terrae motibus mirifice inserviunt. Ex plantis venena-

tis

ti praestantissima pharmaca conficiuntur. Animalia venenosa vaporibus ma-
lignis, quos combiberunt aerem expurgant, sicque morbis depellendis in-
serviunt.

Ad ultimum denique negamus, incertum esse utrum ea, quae cognosci-
mus eosdem fines habeant, quos habere putamus, tum claram enim eo-
rum notionem habemus, ut de iis nullo modo dubitare possimus. Et sane quod
in artefactis evenit ad eum finem ad quem conspirant sunt destinata, cur
non idem in naturalibus etiam eveniat [illegible]

Instantia Argum. inquiunt, ab inductione petitum non valet, neque ex eo, quod in non-
nullis tantum mundi partibus ordinem, et finem deprehendamus, inde inferri
potest, in omnibus et ordinem, et finem esse.

Responsio. Hanc tamen instantiam nullius ponderis esse censemus. Cum enim ex
lapides omnes quos cognovimus, graves esse deprehendamus, numquid dubita-
re poterimus utrum graves sint illi, qui interiora visceribus delitescunt? Cum
omnes homines, quos cognovimus, corde, cerebro, et pulmonibus instructi
sint, licebit ne dubitare, num illi, qui in Africa degunt, iisdem partibus
careant? Patet igitur inductionis argumentum vim maximam habere

Objectio tertia. 18. Opponit [illegible], ut inquit mundi structuram, rerumque naturam [illegible]
[illegible] necessariam esse; ex ordine igitur, et nexu colligi non potest, aut finem in-
[illegible] sapientem existere [illegible]

Responsio Distinguo ant. Structura mundi, rerumque nexus necessarius est absolute,
necessitate consequenti, et hypothetica con. necessitate absoluta nego ant. et
conseq. In hypothesi nimirum, quod res ejus sint naturae, quam a Deo po-
sitae sunt, atque ad eos fines inserviant, ad quos ordinatae sunt, tunc nexus
et structura, quam habent, illis necessaria est sic horologio rotularum inter
se, et cum elaterio connexio, et motus inde pendens necessarius est. Verum
si

si quis contenderet mundum hunc magis natura, et absoluta necessitate ita esse constitutum, sicuti nunc est, is aperto in errore versaretur. Experientia enim perpetua earum rerum, quae nobis omnino obviae sunt constat pendere illis esse quamcumque obtineant statum, qualemcumque habeant invicem situm, utcumque moveantur, quamcumque habeant figuram. Idem ergo dicendum est de majoribus hujus mundi partibus ut Sole, Luna, caeterisque planetis, proindeque non solum mundi hujus partes structuram suam, et nexum non a natura sua, sed aliunde habent.

Audiamus Epicureos, qui ex duobus Epicuri systematis principiis, quorum primum est vacuum aeternum, et infinitum existere, sive spatium purum, et cuiusque expansum, alterum est materiam per jus in particulas minutissimas sectas, ac diversas, quas atomos appellant varias formas habentes, motuque gravitatis donatas, unde necessario a summo deorsum moveantur, aeternam esse, ac necessariam, ex duobus itaque his principiis sic arguunt citra absurdum dici potest, mirabilem hunc mundi structuram ex fortuita atomorum concursione coaluisse, sed si res ita se habeat, nullum est arg.um quod ex admirabili hujus mundi structura depromitur. ergo &c Objectio 19a. 19.

Nego maj. et respondeo, absurdum, et irrationalem omnino esse Epicuri systema, illius enim tum principia, tum consecutiones falsae omnino sunt. Principia quidem, Epicurus enim ponit materiam, sive atomos necessario existere, et moveri; utrumque vero supra ostendimus utrumque absurdum esse; supponi igitur non possunt atomi existentes, atque perpetuo se moventes, quin supponatur causa, quae atomis et existentiam, et motum contulerit. Quod quidem iisdem arg.tis conficitur, quibus mundum esse ens contingens, et materiam ex se inertem esse comprobatum. Ad caetera sunt arg.ta quibus Epicurei praemuniuntur. Si atomi illae fuerint numero infinitae, ex prae- Responsio

tæ: neutrum dici potest, non primum, nam cum, praeterquamquod numerus actu infinitus repugnat, totum ab aeterno spatium occuparent, proindeque moveri, et conversare nullatenus potuissent, non alterum, nulla enim sufficiens ratio esset cur hic determinatus atomorum numerus necessario debuisset existere, et non alius. Deinde si omnes eamdem plane habent existendi necessitatem, eamdemque etiam habere debent motus directiones, velocitatesque; ac si omnibus idem est motus, eadem directioque, cum omnes eadem celeritate moveantur per lineas rectas eamdemque semper inter se distantiam conservant, quomodo igitur invicem adhaerere variaque corpora formare possent? Neque dicant Epicurei factum esse, ut atomi a recta linea declinantes in sese invicem incurrerent; haec enim declinatio vel in omnibus aequalis fuisset, vel non; si primum id ipsum nunquam praevenisset, si alterum rationem assignare debent.

Hic consecutiones etiam systematis hujus falsissimae sunt; ex his enim atomis, illarumque motu fortuito mentium etiam nostrarum originem, et animalium conformationem, uno verbo mundi adspectabilis structuram et conservationem deducunt Epicurei. Quis enim credat, mentes nostras, quae simplices omnino sunt, ex atomis extensis, earumque motu effici potuisse, cum ex illis non nisi compositum aliquod effici possit? Praeterea ex vaga atomorum concursione, quis nisi insipiens orbis aspectabilis, et animalium conformationem colligat? Numquid fortuito contigit, ut sol alternis vicibus ultra, citraque aequatorem eat, et redeat; ut globi caelestes a terra tantis distent intervallis, quae si forent propiores eam in cineres jam redigerent? Numquid ex temerario impetu prodit tam apta organorum hominis constructio, tam stupenda nervorum, musculorum, ossiumque compages? Hinc merito Epicurum ridet Tullius. Quod

si

si mundum efficere potest atomorum concursus, cur porticum, cur templum cur domum, cur urbem non potest, quae sunt minus operosa, et multo quidem faciliora. Quamquam etiamsi concederetur ex fortuita atomorum adhaesione stupendam mundi compagem adhaesisse, illius certe conservatio, et stabilitas explicari nunquam posset, quod enim casu efficitur, illud eodem dissolvitur, et quod fortuitum est, eo ipso mutabile intelligitur. Jam vero sex annorum millia sunt, ex quibus orbis iste spectabilis constanter, et aequabiliter volvitur, quin unquam ne unius quidem momenti mutatio acciderit.

Instantia.

Sed inquient per totam aeternitatem infinitae esse potuerunt atomorum in casu incurrentium combinationes. sed inter infinitas illas dispositiones combinatio praesens rerum universitas: ergo &c.

Responsio.

Nego min. Imprimis enim plurimi sunt in orbe spiritus, quibus inest cogitandi, volendi, ratiocinandique facultas: nulla porro est atomorum dispositio, ex qua substantia cogitans prodire possit. Deinde inter causam, et effectum aliqua debet esse proportio; nulla vero est proportio inter fortuitam atomorum concursionem, et mirum ordinem, quo mundi partes inter se cohaerent. quis enim dicat fortuitam atomorum adhaesionem contigisse, ut oculi ad videndum, aures ad audiendum, nares ad olfaciendum inservirent! Neque dicant singulis diebus animalia innumera, vel a corporum corruptione, vel a fortuita quarumdam particularum adhaesione prodire. Nullum enim ex corruptione nasci animal, satis modo compertum habent historiae naturalis periti. immotis legibus animantium generatio subjicitur. cuilibet corpori viventi, organis instructo suum inest germen, quod varia in loca a ventis asportatum, variisque de causis fecundatum, fit corpus vivens. Hinc tot animalia nascuntur, quae fortuito convenire tribuuntur, quia ipsorum origo saepe curiosiores fugit.

Ipsa:

Objectio 5ta 20. Stoici quoque insurgunt, et inquiunt inter causam, et Deum medianam naturam intercedere, cujus necessariis legibus res quae existunt effici potuerunt: ergo concludunt ex eo cum fortuito mundus non coaluerit, non inde consequens est a Deo factum fuisse.

Responsio. Verum natura haec, ad quam Stoici nos appellant, vel ratione praedita est, vel non: si non, jam his operibus efficiendis non sufficit, si vero ratione praedita est, ea est vel ens necessarium, vel contingens, si necessarium, ea est Deus; si contingens, postea eam igitur existere ens necessarium oportet a quo illa et existentiam, et agendi virtutem acceperit. Frustra igitur ad naturam mediam recurrunt Stoici

Objectio 6ta. 21. Argumentandi non sunt Pyrrhonistae, qui rerum naturam obscurissimam esse aiunt, et tantum abesse ut ex ejus contemplatione ad Dei existentiae cognoscendam perveniamus, ut contrarium potius eveniat, quod quidem plurimis Philosophis obtigerit, qui cum naturam penitius scrutati essent in Pyrrhonismum, et incredulitatem prolapsi sunt

Responsio Sit sane rerum natura, ut Pyrrhonistae volunt, obscura, id tamen certum est, res contingentes esse, et inter eas mirabilem quemdam nexum, et consensum deprehendi, quod quidem sufficit, ut ex illis ens necessarium auctoremque rerum sapientem existere cognoscamus. Novimus quidem Philosophos non nullos in Pyrrhonismum inde in atheismum prolapsos fuisse, sed in consuetissimam ignorantiam temeritatem, non Dei cognoscendi difficultas, sed eorum impietas praecipitavit. Neque vero Philosophos, quando felicius naturam scrutati sunt, ut enim optime observat Baconus de Verulamio, parum ex profundis Philosophis facit atheos sed ex illis neminem tantum, qui altiorem Philosophiae doctrinam degustarunt. Newtonus quidem ex naturae contemplatione tam altissimam reverentiam Numinis ideam sibi comparavit, ut quoties sanctissimum Dei nomen audiret

vel

veluti adorabundus defixis in corporeo oculis tacitus aliquantulum subsisteret.

Opponunt denique contra arg^um ex necessitate primi motoris desumptum, aientes, quod omnia corpora adolescunt, vel senescunt, quaedam corpora incrementa, vel decrementa subeunt, quae quidem absque motu concipi non possunt, proindeque motus materiae essentialis est. Accedit quod nullus Philosophus sine motu effectuum naturalium seriem explicare conatus est; Cartesius quidem legem impulsionis admittit, qua motus ab uno corpore in alio traducitur; Newton vero attractionis legem agnovit, qua singula corpora sese mutuo attrahunt, non sine energia, et virtute quadam sibi propria; motus igitur in idea materiae necessario continetur. Objectio 7ma. 22.

Respondemus ad primum concedentes omnia corpora adolescere, senescere, quae juxta leges Dei voluntate constitutas, non vero ex naturae suae necessitate; jam vero effectus ab adversariis allegati nonnisi juxta leges libero Dei arbitrio constitutas fiunt. Si ergo causam obtinere velint, probare debent, praesentem rerum ordinem ita necessarium, et immutabilem esse, ut aliter existere non potuerit, quod sane nunquam probabunt; materiam enim ex se, et natura sua ad hunc, vel illum statum est prorsus indifferentem... Responsio.

Ad alterum quod attinet, fatemur quidem varios naturales effectus absque motu explicari non posse, proindeque motum existere certum esse; sed nullus unquam vero nominis Philosophus primum materiae motorem ab hujus mundi regimine excludendum esse existimavit. Cartesius quidem impulsionis legem admisit; eam vero ita intelligit, ut Deus sit primaria, et generalis omnium motuum causa, quorum corpora non sunt nisi occasiones. Newton vero attractionis legem agnovit, sed tanquam libera Dei voluntate constitutam, non

vero;

veluti proprietatem corporum naturae inhaerentem. Hanc igitur vim habet argumentum ex necessitate primi motoris desumptum.

3\. Propositio tertia. Deum existere ex unanimi populorum omnium consensu;

23\. ~~in primis~~ efficacissime demonstratur.

Prob. primo. Quod omnes omnium temporum nationes, ac populi judicant in re gravissimi momenti, illud evidenter est verum; sed omnes omnium temporum nationes, ac populi judicarunt, et etiam nunc judicant, Deum existere; Ergo Deum existere evidenter verum est. Major ex logica certa est, impossibile siquidem est, ut ~~omnes~~ omnes omnium temporum, et locorum homines sententiam admittant de re gravissima, cupiditatibus adversa, rejiciendam ad examen revocatam, qualis est sententia de existentia Dei, gravissima quidem, ut patet, cupiditatibus adversa, si enim existit Deus, est malorum vindex; rejicienda ad examen revocata cum impii, et increduli adversus Religionem semper debacchati sint, nisi illius veritas certa sit. Quis enim sibi persuadere possit, omnes homines ita simul in errorem conspirasse, ut vel decipi possent, vel decipere ~~valeant~~ vellent? Consensio profecto adeo antiqua, universalis, et constans, non aliunde, quam ex ipsa communi oriri potuit, quod quidem indicium est veritatis argumentum omni; omni enim in re, ait Tullius, consensio omnium gentium, lex naturae putanda est.

Minor argumenti syllogismi patet ex scriptis Rhetorum, ac Philosophorum omnium, ac omnium temporum historiis, annalibus, et traditionibus, quibus omnibus nemo nisi insanus contradicere potest. Atque ut infinitos propemodum omittam, nonnullos tantum ex antiquissimis scriptoribus referam, qui veterum populorum in agnoscendo Deo consensionem universalem fuisse testantur. Hoc ergo, inquit Seneca, colliges, quod omnibus de Diis opinio insita sit.

nec

nec ulla gens unquam adeo extra leges, moresque projecta, ut non
aliquos Deos credat Epist. 117. Peregrinantibus, ait Plutarchus, multas con-
tingit occurrere urbes sine muris sine studiis litterarum, sine legibus.
... nusquam autem erat urbs, aut oppidum cui nullus est Deus. (idem
sic affirmat Tullius. ut porro firmissimum hoc afferri videtur cur Deos esse
credamus quod nulla gens tam fera, ~~[illegible]~~, nemo omni-
um tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio. Tusc. Qu-
st. lib. 1. 12. 13. et l. 1. de Lege. Nulla gens est tam immansueta, neque tam fe-
ra, quae non etiamsi ignoret, qualem Deum habere deceat tamen haben-
dum sciat Ovidius Fastor. 3 Libera, inquit, currebant, et inobservata per
annum sidera constabat, sed tamen esse Deos.

Quod si varia imperiorum, regnorum populorumque monumenta perlustra-
re velis, passim reperies leges de Religione constitutas, officia de sacrorum
solemnibus praescripta, indictos ad Deorum cultum dies, ubique templa e-
recta, sacerdotes institutos, aliaque quamplurima, ex quibus evidenter constat uni-
versis hominibus persuasum fuisse, Deum aliquem existere, cujus arbi-
trio genus humanum regatur

Veteribus recentiores populi, etiam inculti consentiunt, Mexicani, Peruvia-
ni, Brasilienses, Canadenses, aliique Barbari, ut constat ex probatissimis pe-
regrinatorum, et navigatorum relationibus. ergo circa Dei existentiam una-
nimis est, populorum omnium consensio

Prob. 2a. Supremi Numinis existentiam inficiari nemo, ratione adversante;
ergo eamdem negare nemo potest nisi amentem se fateri velit. Ant. prob.
Supremi Numinis existentiam inficiari est casus necessitatem adducere ad
rectam ~~[illegible]~~ mundi gubernationem sed hoc recta ratio adversatur.
ergo q. Major est certa. omnes enim Athei, quia et illi qui ... Athe-
rum

rerum numero se esse glorientur ad Rempublicam recte administrandam, et tranquillitatem retinendam, divinae existentiae persuasionem necessariam non esse consentiunt; vanus enim indomitum vulgus, et in omne flagitiorum genus proclive nulla ratione compesci, nullis legibus in officio contineri potest si ergo Deus non existit humano generi ad recte vitaque vivendum communis error necessarius est; proindeque Dei existentiam infitiari volentes ea erroris necessitatem ad rectam mundi gubernationem inducere tenentur. absurdum ejusdem arg.ti manifestum est, quid enim magis rectae rationi adversum, quam humanam rationem [illegible] non aliter posse tranquille recteque vivere, nisi veritatem [illegible], quae, quam brutis animantibus praestat, perpetuo errore excaecatam habeat, malaque fraude in re omnium gravissima deceptam! Hinc merito Plutarchus agebat. Facilius urbem condi sine solo posse puto, quam opinione de Diis penitus sublata, civitatem coire, aut constare. [illegible]

Scholion. Nonnulli aliud hic ~~etiam~~ etiam arg.tum ~~[illegible]~~ proferunt: si Deus existat; tum tu tamen illum infitians, beatitudinemque aeternam amittas, quaestionem autem, aeternamque poenam expectare debes; si Deus non existat, tu tamen existere falso putaris, nullum tanquam existentem colas, nihil nequam detrimenti inde capies: at Deum existere multum veri similius est: vide itaque quam in gravissimo hoc negotio partem amplectendam ratio dicat. Hinc apparet quam perperam viri [illegible], qui Dei existentiam infitiantur; quin immo hic potius illud Euripidis locum habet. mentem Deus iis hominibus aufert perdendis

Objectio prima 24. Ex veterum scriptorum, recentiorumque virorum peregrinationibus constat, extitisse, atque etiamnum existere non solum homines quosdam, sed plurimas etiam nationes [illegible], et nullam omnino Numinis notionem habu-

habuerint: ergo consensus hominum in admittenda existentia Dei, non usque adeo, ut putatur, universalis est. Prob. Antecedens patet primo ex testimonio, quod reddit Cotta apud Ciceronem l. 1. c. 23. de nat. Deor. Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit. 2do Eusebius testatur, nullam Graecos ante Pythagoram, atque Anaxagoram Dei distinctam cognitionem [illegible] habuisse; integros populos atque nationes Atheos prisci veteres scriptores narrant. Thraces in extrema Thraciae parte sitos a Porphyrio ex Theophrasto Atheos dici. Phlegyas Jovem non curare, Atheos quippe esse scribit Homerus. Atlantes, Lusitani, Galli, Arabes ipsi etiam a Strabone, Cicerone, aliisque inter Atheos habiti fuerunt. Quin imo non desunt qui Platonem ipsum, et Aristotelem Atheis adnumerarunt. 4to denique nostra etiam aetate nationes plurimae omni Dei cognitione destitutae deprehensae sunt, puta hae Caraibenses a Columbo, incolae insularum quarundam meridionalium a Jacobo le Maire inventae [illegible], sive fere prope Japoniam a Maffeio, Cubae, et Hispaniolae a [illegible] de Laet, montani denique Marianarum, Brasili, Canadenses, Caphri, Hottentotti, aliique populi, quos commemorare longum esset: ergo q.

Nego ant.; nam etiamsi extitissent semper, aut etiamnum existerent istiusmodi quidam populi, qui nullum Deum colerent nec agnoscerent, posset nihilominus [illegible] [illegible] inde communem hominum persuasionem detrimentum [illegible], quin imo etiamsi concederetur, gentes esse omnino nulla Dei cognitione imbutas, nihilominus dici potest unam apud omnes gentes obtinere. Illi quippe homines paucissimi sunt comparate ad universum genus humanum atque a cupiditatibus suis obcaecati, ut bestiarum magis quam hominum more viventes pro nullis reputari debeant, non secus ac infantes, et amentes. Apud ipsos enim nondum evoluta est ratio, neque alia fere nisi [illegible] Responsio

vigent

vigent functiones, quam animales. Sicut igitur male quis concluderet non esse naturale homini ab iniuriis temporum domicilium quo sibi defendere, eo quod homines per quandam silvarum incolæ, pecudum instar errantes, de tecto parum curent; sic etiam perperam concluderetur, non esse homini naturale supremum quoddam Numen agnoscere eo quod homines pauci nimis ignari fere, et barbari, cognitionem hanc aut nimium acceperint aut nisi a natura insitam non depravaverint. Caeterum nullo potest satis idoneo argumento ostendi aut existere, aut extitisse unquam id genus populos. Nam imprimis historici, qui ejusmodi populos meminerunt plerumque iis vocabulis utuntur, quae tunc solent usurpari, dum incerta narrantur, ut: fama est, feruntur, narrantur. Deinde scriptores Græci, et Romani quospiam gentes irreligiosas tanquam omnis divinitatis ignaros et hostes traduxerunt quod ipsorum Deos, præter quos tamen ipsi nullum aliud esse numen arbitrabantur, non colerent. Sic Plinius judæos quoque contumelia Numinum gentem insignem appellat; et Christiani ipsi, teste Justino, Arnobio, et Minucio, irreligiosi, profani, sacrilegi, atque athei ab Ethnicis habiti fuerunt.

Sed ut nonnulla singulis, quæ opponebantur, respondeamus ad Cottam quod attinet, dicimus illum apud Ciceronem disputasse potius quam ex rei veritate loqui. Patet id ex vel eo arbitror, quod ille ubi Profecto si quæ fuissent gentes Dei cognitione destitutæ, illas in medium adducere Cotta non neglexisset, quo facilius Ciceroni obsistere posset, qui hujus objectionis rationem nullam se habere ostendit.

Eusebii testimonium frustra nobis opponitur cum ejusdem Eusebii hæc quoque sint verba: Dei nomen, essentiamque omnes populi communi quadam ratione non percepisse (cum id omni animo naturale, et intelligentiæ proditum, ipsum universitatis artificem naturalibus quibusdam co-

gitu

l gitulimiis inmuant. Quod igitur in objectione propositum est, id de vera, et genuina Dei cognitione est intelligendum, quae plurimas Gentes destitutas fuisse, verum est qui dubitat. Qua enim ratione divinos honores hominibus detulissent, si nullam divinitatis notitiam habuissent?

Ad tertium. Quae de integris nationibus scriptores patrii memoriae prodiderunt, non eo sensu intelligenda sunt quasi ~~nullam~~ nullam omnino Dei cognitionem gentes illae habuerint, sed quod ita impiam, ac sceleratam vitam agerent perinde ac si nullum timerent vindicem, et punitorem Deum. Ex gentibus igitur effeatis (verba sunt ~~Porphyrii~~ Porphyrii) et inhumanis non oportet ab aequis judicibus convincere naturae humanae. Accedit, quod testimonium Porphyrii de Thoicibus nulla alterius scriptoris auctoritate nititur, proindeque fides illi denegari potest, cum praesertim fratri ejusdem Thraciae populi non omni Dei cognitione destituti ~~fuerint~~ fuerint. Pythagoras inter Atheos recensuit Romanus, sic ob impietatem fortasse, rapinas ~~enim~~ enim, et latrociniis vivebant. Strabo non scribit Athlantes Atheos esse, sic Atheos putari, id tamen eam ob causam, quod soli non orienti, nec occidenti sanguinem sibi agrisque suis nocere maledicerent, sicut ac de Aethiopibus quantum, et pariter, quos ab eodem Strabone dicuntur, aliisque tanquam Atheos accusati fuerunt, vel quod Diis suis sacra facere negligerent, vel quod ita viverent, velut si nullum Deum agnoscerent, idem dic de Erathebus, quos Janelius Atheos vocavit, cum tamen alibi eosdem stellam matutinam adorare, atque hostias offerre scripsit. Aristotelem denique, et Platonem infensa prorsus nomenclatu Atheis adnumerant. Namque Deum, inquit [illegible] de Aristotele loquens sicut et Plato, incorporatum dixerint, ejusque providentiam in coelestia usque pertingere, ipsum vero esse immotitum saeculi longiores sic [illegible] quae sponte sua respondere crederent

eos consulat auctores, qui de existentia Dei fusius agunt.

Ad quartum denique. Quod de veteribus populis dictum est, id recentioribus quoque nationibus quibusdam Atheismi incusatis appli-cari potest idque eo potiori jure, quo recentiores minusque constantes sunt, qui de iis scripserunt, quibus proinde fides habenda non est. Sunt hi plerumque mercatores quidam ac navigantes, qui uni lucro intenti incerta plerumque fama nituntur: accidit quod eorum multi apud populos remotissimos non satis diu commorati sunt, ut veros eo-rum de Divinitate sensus exploratos haberent, nec eorum idioma calle-bant; proindeque cum iis sermonem conferre non potuerant. Inde fa-ctum est, ut multi populi in ignorati Dei suspicionem venerint, postea vero qui eorum linguam assecuti sunt apud ipsos aliquam numinis notitiam deprehenderint. Sic a Christophoro Columbo Atheismi accusa-ti fuerunt Canarienses, at tamen eos unum Deum virtuti remune-ratorem, et malorum vindicem agnovere, notamque illarum historia tradit. Sic Atheismi suspicione laborarunt insularum Antillarum in-colae nonnulli, et tamen alium Deum tanquam boni principi-um, alterumque tanquam mali auctorem agnoscebant ut ex pluribus historiis compertum est. Sic Brasilienses ut Athei quasi nullum colerent numen infamati sunt et tamen Deum venerabantur, quem Tupa nuncupabant. Caffri denique et Hottentotti Athei dicti sunt; at vero Andreas Kolb eorum nonnullos idololatriae, nonnullos Mahome-tanismo addictos fuisse scribit. Ceterum ut plura alia omitta-mus eam ob causam in errorem illos induci potuerunt illi qui populos nonnullos Atheismi reos putarunt, quia nempe apud populos illos nul-la templa, nulla altaria, nullum publicum sacrorum ministerium vi-

de

viderent; quamvis fieri potuit ut populi illi vagi, et palabundi, sine civitate, et sine lege viverent nulla templa, nullaque altaria habentes Dei tamen co-gnitione non caruerunt, sed vel Pastorum more sub aperto caelo aliqua appa-rata sacra Diis suis fecerunt, aut etiam intra animum suum cultum Dei ex-hibuerunt. Sic barbarus quidam Canadensis, interrogatus, cur Deo sacra non faceret, respondit, suum relinqui ut id intra animum suum praestet. Et qui-dem nonnulli sunt inter illos qui Athei dicuntur vel etiam qui se Atheos es-se gloriantur qui in mediis castris, in ardore vitae, velut innumeras dispelunt ignorantiae suae, oculos in caelum non levent, trepidant, naturaeque communi-ter miseri deveniuntur. quare merito concludit Seneca Epistol. ad [illegible] Mentiuntur, qui dicunt se non sentire Deum, nam etsi tibi affirmant interdi-u, nocte tamen et soli dubitant.

Veteres Philosophi in eo consentiebant unanimes materiam ab aeterno existere, proindeque nullum esse ipsius creatorem. veteres ergo Philosophi saltem plerique nullum Deum admiserunt. Instantia

Nego consequentiam. sicut enim omnes, vel fere omnes Philosophi veteres ma-teriam aeternam admiserint, in qua prima rerum omnium elementa contine-rentur, omnes tamen, si Epicureos et Platonicos excipias confitebantur, va-rias orbis universi partes a principio quodam intelligente dispositas, et ra-tione ~~ipsas~~ invicem connexas fuisse: immerito igitur omnes prorsus tanquam Athei infamantur. In gravissimos quidem errores circa supremi Numinis naturam prolapsi sunt; verum in plerisque Philosophorum scholis summi cujus-dam rerum omnium moderatoris fides vigebat. Responsio.

Si omnium gentium consensus Dei existentiam comprobaret, probaret Objectio 2da. etiam plures existere Deos quin et Idololatriam confirmaret. sed hoc est 25. absurdum. ergo q. Maj. prob. Etenim maior pars orbis plures esse Deos arbi-

tra

nabatur, variisque superstitionibus deditus erat; [illegible] judaeos antiquos de qui-
bus Caecilius in Dialogo Minucii Felicis ejulat: a sola haec, et misera gen-
tilitate unum Deum colit, cujus adeo nulla vis, nec potestas est, ut sit
Romanis cum sua natione captivus. ergo q. Accedit, quod [illegible] Poly-
theismus ex communi hominum sensu erroris negaret; communissimus
tamen error iste non parum labefactat arg. quod ex hominum consen-
sione depromitur, Atheismus enim a Polytheismo non differt; nam plura-
litas Deorum, ait Tertullianus, est Deorum nullitas; et juxta S. Athana-
sium: Deos esse multos perinde est, ac nullos dicere.

Responsio. Nego maj. et illius prob. nego ab omnibus plures Deos agnitos fuis-
se; si enim plurimum excipias, Dei unitas sapientibus omnibus ratione
duce cognita semper fuit. Sine [illegible] monet Tullius, popula-
res Deos multos, naturalem unum esse. Orpheus ut refert Clemens
Alexandrinus l. 5. Stromat. sic canit: unicus est per se existens, quem cun-
cta creavit. Orosius quoque testatur l. 6. Historiae: Gentiles ut [illegible]
mentorum quaeris Deorum multitudo impugnatam convi-
ctos unanimiter declarasse, se non plures Deos sequi, sed sub uno Deo
magno, plures ministros venerari. Denique, ait Sanctus Augustinus l. 4.
de civitate Dei c. 11. ait: Philosophos pene omnes de unitate Divi-
na sensisse, quamvis plures Deos et dicebant, vel partes unius Dei esse lo-
cuti, aut humano respectu victi veritatem palam profiteri non aude-
bant. Quin imo non defuerunt inter gentiles, qui majorem ingenii dexte-
ritatem [illegible] sit comparaverunt, qui fictitios Ethnicorum Deos palam, aut
privatis iam conventibus irriderent. sic Horatius libro 1. Sat. 8. Dei nimis
dum hortorum custodis originem contumeliosis ironiae salibus aspergit

Olim truncus eram, ficulnus, inutile lignum,

Cum faber incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse Deum; Deus inde ego, furum aviumque
Maxima formido.

Quod de Judaeis a Mardocaeo Caecilio additur perspicuum falsum esse sacra testatur historia, Deum et Jobum, et Ninivitas, et alias nationes plurimas unum Deum coluisse multis in locis fatetur sed de hoc fusius ubi de [illegible] pars Polytheismum refutabimus.

Neque vero quod isto loco objicitur, vim habet ullam ad infirmandum communem de unius Numinis existentia sensum. Licet enim ex varietate Polytheismus ab Atheismo non differt, neque tum Atheismi Tertulliani dicto constat veritas, quatenus namque in ordine ad salutem consequendam plures Deos admittere perinde est, ac nullum Deum agnoscere, vel ipse tamen Polytheismus Numinis persuasionem hominum animis congenitam esse prodit, quum Deum esse non, modo unum, sed plures exprimit gentes sentirent, uno quasi non contentae, Deorum turbam, et naturae stimulis satisfacerent, contrario errore invexerant. Omnibus, inquit Cicero l. 1. de nat. Deor. innatum est, et in animo quasi insculptum esse Deos. Quales sint varium est; esse nemo negat. Caeterum Athei ipsi inter Polytheismum, et Atheismum plurimum discriminis admittunt, Polytheismum enim societati utilitatem, perniciem vero Atheismum praedicant. [illegible]

Qui admittunt principium, quo tollitur divinitas, nullum Deum agnoscunt: atqui Polytheistae admittunt principium quo tollitur divinitas: ergo. Instantia

Distinguo maj. Qui admittunt principium quo tollitur divinitas eamque consecutionem vident, et concedunt, nullum agnoscunt Deum, conc. maj. si consecutionem hanc non videant, nec concedant nego maj. et d. Responsio.

Distincta min. nego consequentiam. Quamvis populi qui plures Deos existere credunt, principium quidem admittant, quo posito divinitas evertitur, quia tamen principio, quod sibi fingunt, labefactari divinitatem nec deprehendunt, nec arbitrantur, inde eos divinitatis fidem non profiteri concludi non potest. Addit quod homines etsi in principiis non semper sibi cohaereant, et saepe pugnantia admittant, quare licet gentes quaedam principium sibi statuant, quo divinitas tollitur, non inde sequitur nullum ab illis Numen agnosci [illegible]

Objectio tertia. 26.

Consensus qui non habet idem determinatum quoad objectum, unanimis esse non potest: atqui talis est consensus hominum circa Dei existentiam: ergo q. [illegible] Min. ~~[illegible]~~ inde patet, quod alii plures, alii pauciores Deos agnoscant, hoc alii, illud alii tanquam Numen adorent. Quid quod multae sint regiones adhuc incognitae, quas, quid de divinitate sentiant, nemo potest interrogare.

Responsio. Distinguo maj. Consensus ille unanimis non est, qui non habet idem determinatum quoad objectum quoad aliquam Dei notionem, con. quoad totam Dei notionem, ~~[illegible]~~ nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Licet quidem consensus hominum non versetur circa idem determinatum objectum quoad totam Dei notionem, quatenus v. gr. spiritus, aeternus, idem tamen habet pro suo objecto quoad aliquam specialem Dei notionem, cum omnes Dei nomine intelligant ens aliquod supremum, a quo creaturae pendeant, quodque sit criminis vindex, et virtutis remunerator. In hoc igitur unanimis est consensus; ideo [illegible] sufficit, ut ex illo existere Deum agnoscamus [illegible]

ico alteram respondemus, nos ex eo, quod omnes gentes nobis cognitae Deum aliquem admittunt, per analogiam, et propter naturae similitudinem, recte concludere eamdem apud gentes non cognitas per rationem obtinere. Accedit quod nos non adhibeamus criticam censuram populorum, qui nobis cogniti sunt.

Opinio de existentia Dei hominibus ingenerari potuit ab astutis legislatoribus, qui populos hac ratione facilius in officio continendos existimarunt; aut etiam ex timore phaenomenorum juxta illud Petronii: primus in orbe Deos fecit timor, ardua caelo fulmina cum caderent. Quod quidem argumentum in medium proferunt Lucretius, Spinoza, et Hobbesius quo etiam ad atheismum suum confirmandum utuntur. Consensus igitur qui tantopere jactatur ad confirmandam existentiam Dei nullius est momenti. Objectio 6ta. 127.

Nego ant. et respondeo ad prim. Religionem, proindeque etiam Dei notitiam longe antiquiorem esse apud homines imperio civili, humanisque legislatoribus, ut ex historia patet. Unde Simplicius in c. 38. Epicteti: omnes, inquit, homines tam Barbari quam Graeci ab infinito superiori tempore, fuisse mane, quamvis aliis rationibus Deos esse censent. Poëtas quidem, et legislatores Dei notitiam promovisse, ut populos in officio continerent id de nonnullis profana tradit historia; sed ex eo non aliud colligi potest quam Religionem, et Dei notitiam firmissimum esse humanae societatis vinculum, propriamque affectionem hominum. Certe nullus eorum, qui ab auctoribus proferuntur, primus opinionem de existentia Dei excogitavit, aut primus Religionis praeceptum injecit: sed eam jam extantem institutis legibus, et externis ritibus in ordinem redegerunt: est igitur Religio humanis omnibus rebus publicis anti- Responsio.

anti-

antiquior. sic ex. gr. ante ipsum Romulum urbis conditorem Re-
ligionem apud illius regionis gentem viguisse, vel ex eo colligitur,
quod Romulus ex avium volatu augurium contra fratrem ca-
pisse dicatur. Praeterea neque concipi potest, quo pacto dogma
cupiditatibus adeo ingratum, tam facile populos omnes liber-
tatis amantissimos invaserit, si principium sola fraude indu-
ctum fuit: quod si etiam invaserit, nunquam adeo firmum sta-
bile [illegible].

Ad alterum quod spectat ex timore nihil Deos in animis homi-
num dominari coepisse, id quidem ineptius est quam ut a Philoso-
pho refutari mereatur. Longe enim magis [illegible] in omnia
cetera impellit homines, ut velint nullum esse malorum vindi-
cem, quam timor impellat ad [illegible], ut existant propitii in no-
bis Dei: et tamen non obstantibus illis pravis affectionibus semper in e-
xistentiam supremi entis consensit hominum genus. Sed Humius opinioni
huic timoris originem [illegible]. Quaero an id omnibus vel aliquibus tan-
tum acciderit? si prima opinio est vera, nam metus omnibus communis in
ipsa natura fundari debet, sin autem, quomodo aliqui tantum
[illegible] fabulam aliis [illegible], et [illegible] persuadere
potuerunt? et si hoc etiam dicamus dicant quo tempore, qua na-
tione, qua provincia id primum evenerit [illegible], [illegible]
magis [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quid timor iste efficere poterat, nisi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] plurimi sapientes [illegible]
[illegible]? Numquam solum in imperitos [illegible], qui eius
[illegible] inspicit, vel [illegible] [illegible]. Deinde si ad

Nu-

Numinis cognitionem solus timor homines produxisset illud sibi tan-
quam formidabilem tyrannum finxissent; at tamen novimus Deum, ve-
luti patrem tenerrimum, ~~[illegible]~~ summaque beneficia
sibi exhibentem: ignorant enim, Scythae licet, fere et barbari illud Divini-
tatis proprium esse noverant ut beneficia conferat, et amorem potius,
quam terrorem injiciat: hinc enim Alexandrum alloquuntur. Si Deus es,
tribuere mortalibus beneficia debes; non ea eripere. Quint. Cur. l. 7. n.
33. Denique si timor solus homines Religiosos, aut superstitiosos fecisset
ea tantum numina coluissent, quorum iram fuissent experti; cum ta-
men aliter factum esse cognoscamus. Restat igitur ut aliunde quam
ex timore Deorum origo sit repetenda; metus enim supremi alicujus Numi-
nis cognitionem supponit, non gignit.

Caput [illegible].

De essentia, et attributis Dei generatim.

Dei essentiam in ejusdem absoluta existendi necessitate collocandam — Quid Dei essentia? 28.
esse inde patet, quod ea necessitas, ut mox videbimus, reliquarum omni-
um Dei proprietatum veluti radix sit, ac fundamentum.

Attributa Dei vocamus eas proprietates, vel praedicata, quae Deo — Quid ejus attributa? 29
conveniunt, atque ex ejus essentia necessario dimanant, ut omnipotentia,
sapientia, aeternitas [illegible]

Scholion.

Attributa Dei ab ipsius essentia realiter non distinguuntur neque a se in-
vicem revera differunt: quidquid enim in natura illa simplicissima, atque in-
dividua inest, id omne Deus ipse est. Cogitatione tamen nostra tum ab
essentia, tum inter se different, cum enim mens nostra angustis admo-
dum continua limitibus divinitatem uno obtutu comprehendere non
possit, cogimur eas proprietates tum inter se, tum ab essentia secernere.

Et

distrahere, et seorsim singillatim contemplari.

Quadruplicia?
30.
Attributa Dei his fere generibus continentur; alia nimirum positiva sunt, quae sine ulla negatione concipiuntur, ut sanctitas, bonitas &c. alia negativa non quod negationem aliquam in Deo significent, sed quod ob intelligentiae nostrae imbecillitatem per negationem idearum concipiantur; ex. gr. infinitas, immensitas &c. Ea quae positiva sunt, vel absoluta dicuntur, quod sibi sine ulla ad res alias comparatione intelligantur, ut aeternitas &c. vel comparativa, quod ad res creatas referantur, ut justitia, misericordia &c. His praemissis statuimus

Propositio prima
31
Deus est ens a se [illegible]

Prob. Deus est ens absoluta necessitate existens, ut numero 3. definitum est. ergo sufficientem existendi rationem in ipsa essentia sua continet: sed hoc ipso est ens a se: ergo Deus est ens a se.

Corol.
Absolute igitur a se existit Deus, neque ab ulla alia natura pendet. Sapienter Sophocles apud Clementem Alexandrinum l. 5 Stromatum: etenim Deus, si est omnino Deus, nullius indiget. Illud tamen non ita intelligi debet, quasi Deus virtute propria semetipsum effecerit, cum non entis nullae sint proprietates, et ex nihilo nihil fieri possit, sed quod in ipsa ejusdem essentia ratio contineatur, cur ipsum existat.

Propositio 2da
32.
Deus complectitur in se omnes possibiles perfectiones absque ullo limite.

Prob. Deus est ens a se ut modo probatum est. sed ens a se complectitur in se omnes possibiles perfectiones absque ullo limite: ergo &c. Major patet. Prob. Min. Si ens a se non haberet omnes omnino possibiles perfectiones absque ullo limite, aut illud, quod suis utique perfectionibus donatum esse putat, aut a se ipso, aut ab alio [illegible] ante limitationem accepit,

ut

et has potius prae aliis possibilibus, quae certo tantum gradu definitas perfectiones complecterentur: sed neutrum Dei potest: ergo ens a se habet omnes q. Min. prob. impotentia Dei neque, quod illud a semetipso, seu a natura sua limitatum esse; in idea enim entis a se valeat omnis omnino possibilis realitas absque ullo limite. sed neque ab ullo alio limitari potest, cum ens a se sit omnino independens ab omni alio ut per se patet: ergo neutrum Dei potest; proindeque q.

Confirmatur. Deus utpote ens absolute necessarium continet in se sufficientem, et necessariam existendi rationem citra omnem dependentiam ab alio, cum existat a se: sed haec existendi ratio est attributum aliquod infinitum: ergo Deus continet in se attributum aliquod infinitum. sed ens cujus vel unum attributum est infinitum, [illegible] ipsum est infinitum, ut in Ontologia demonstratum est: ergo Deus est ens undequaque infinitum, proindeque complectitur in se omnes possibiles perfectiones absque ullo limite. Sed quoniam propositio haec totius fere Theologiae naturalis basis est ac fundamentum, ideo plurimum interest eandem magis magisque stabilire. In idea itaque entis a se valeat quidquid est possibile, seu quidquid aptum est existere: sed omnis realitas absque ullo limite possibilis est, et apta existere: ergo in idea entis a se valeat omnis omnino realitas absque ullo limite. Maj. est certa: cum in entis possibilitate absolvitur, et qua ens generalissime concepit, omnia ea quae aptum est existere omni eo modo, quo aptum est existere, cogitatione sua complectitur: cui notioni cum adjungitur aseitas, praeter nudam entis possibilitatem, ipsa quoque existentia innuitur. Min. vero inde constat, quod nulla realitas in se spectata aliis realitatibus in se spectatis utpote infinitis opponatur, cum in formale suo conceptu nulla realitas ullam negationem involvat, proindeque nec contradictio

ditionem. Si ergo Deus est ens a semetipso existens, quis negaverit in omni perfectionum genere esse absolute perfectum? Hinc merito Sanctus Augustinus communem tam doctorum, quam indoctorum consensum circa Dei perfectiones exponens, ait: Omnes certatim pro excellentia Dei dimicant, nec quisquam inveniri potest, qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid sit. Itaque hoc omnes consentiunt esse, quod caeteris omnibus anteponunt.

Corol. Hinc manifestum est, nullam omnino perfectionem excogitari posse, quae non insit in Deo. Quare Deus est et summe potens, et summe intelligens, sapiens, et verax, summe bonus, sanctus, et justus, summe liber, felicissimus, ac ipsis perfectionibus plenissimus fons, sibique perfecte sufficiens.

Scholion. Sed quoniam perfectiones in duplici differentia generatim considerantur, ideo, ut quisque plane conceptum habeat, qua ratione Deus perfectiones omnes in se complectatur, advertendum est; alias esse perfectiones proprie dictas, quarum melius est habere quam non habere, sive quae melius sunt ipsae, quam non ipsae, ut habet S. Anselmus, quae quidem perfectiones dicuntur etiam simpliciter tales, vel purae, vel etiam absolutae, ut sapientia, bonitas; alias esse perfectiones improprie tales, quae licet ratione sui bonae sint, aliquid tamen imperfectionis admixtum habent, quae mixtae vel dicuntur, idem S. Anselmus, eo quod quaedam meliora non sunt ipsae, quam non ipsae, quaeque etiam a scholasticis perfectiones relativae [illegible] dicuntur, ut extensio, quae licet suo modo bona sit cum spiritualitate tamen, quae longe nobilior perfectio est, consistere non potest. Jam vero has priores dicimus, perfectiones omnes proprie dictas sive simpliciter tales, formaliter, ut aiunt, idest servato formali earum conceptu, et quidem absque ullo limite in Deo inesse; perfectiones

res autem improprie tales, sive aliunde quid eminenter, aut virtualiter comprehenditur; eminenter quidem, uno modo longe nobiliori, et excellentiori quam ratione sui erant; sic Dei scientia, quae res omnes unico intuitu perfecte cognoscit, multo praestantior est illa hominum philosophia, quae pedetentim, et laboriose ambagibus ad ignota progrediuntur: virtualiter deinde praedictas perfectiones continet, qualis est extensio; siquidem illius producendae virtutem, sive potentiam habet.

Deus ex natura sua intra quasdam perfectiones limitari potest, sicuti triangulum ex natura sua tribus angulis tribusque lateribus circumscribitur: ergo Deus non est summe perfectus. Objectio prima 33

Nego ant. et paritatem. Ratio disparitatis est, quia triangulum jam non esset triangulum si plures vel pauciores haberet, quam tres angulos. Contra vero ens a se nempe Deus, cum sit plenitudo entis, nullam omnino perfectionem excludit. Responsio

Ceterum absurdum perfectiones omnes Deo tribuere non possunt: ergo etc. Ant. prob. Si perfectiones omnes Deo tribuerentur contrariae etiam, et sibi invicem pugnantes tribui deberent, ut extensio corporea, et cogitandi facultas: sed hoc est absurdum: ergo etc. Instantia

Nego ant. et illius prob. respondeo difficultatem omnem evanescere, ubi advertes perfectiones omnes in Deo quidem contineri, sed vel formaliter, vel eminenter, vel virtualiter. Porro perfectiones, quae aliis perfectionibus opponuntur, ut extensio quae cogitandi facultati opponitur in Deo non quoad quamcumque earum definitionem reperiuntur, sed meliori, et digniori modo, prout nempe Deus virtutem habet perfectiones eas largiendi creaturis. Responsio

Qui Deo perfectiones omnes tribuit, ille eas contrariis ac perfectionibus [illegible] dicit: hoc est absurdum: ergo [illegible] Objectio [illegible] 34.

Re-

Responsio. Nego maj. licet enim omnes Deo perfectiones tribuamus, non ideo nos creaturis perfectiones adimimus, sed illud duntaxat attendimus, nullas in creaturis perfectiones inesse, quae meliori quodam et nobiliori ratione non reperiantur in Deo. Ita cum ex. gr. Deum omniscium dicimus, non ideo creaturas cognitionibus suis spoliamus, sed affirmamus duntaxat, Deum nihil omnino, quae creaturae sciunt, ignorare.

potentia Corpus infinite extensum corporum omnium extensionem prohiberet: ergo perfectiones etiam Dei infinitae creaturarum perfectiones omnes tollerent.

Responsio. Nego consequentiam et respondeo paritatem a corpore infinite extenso petitam nihil prorsus valere; ratio est quia corpus infinite extensum corpora alia ab omnibus locis non ob infinitam extensionem, sed ob impenetrabilitatem excluderet. Deus vero [illegible] perfectionibus omnibus singulari quodam modo ita donatus est, ut creaturas a proprietatum quarumcumque participatione non excludat: [illegible]

Objectio tertia 35. [illegible], Deus autem infinite perfecti infinita est: atqui mens nostra ideam infiniti habere non potest. ergo. Maj. prob. Omnis idea objecto suo conformis esse debet ergo si objectum est infinitum, idea etiam illius infinita sit oportet.

Responsio Nego maj. ac illius prob. distinguo ant. Omnis idea debet esse objecto suo conformis, id est exhibere debet objectum quale est, con. id est debet esse ejusdem naturae ac objectum nego ant. et conseq. Licet itaque idea, quam Dei infinite perfecti habemus finita sit, Deum tamen infinite perfectum repraesentare potest quemadmodum idea quamvis spiritualis, non tamen corpoream et materialem repraesentat. [illegible] idea objecti corporis exhibebat, verum ac [illegible], quod illud [illegible] positum est, non autem prout ejusdem naturae ac objectum exhiberet. [illegible] idea cor-

po-

pori, quamvis non sit corpori consentaneum, ac rerum, quod naturam corporis induat. Ideoque ipsa cum objecto suo convenientia non exigit, ut eandem habeat naturam, ac objectum, sed tantummodo postulat ut illud quale est exhibeat.

Quod si quis opponat mentem nostram non habere ~~[illegible]~~ nisi ideas imperfectas; ideas autem imperfectas non sufficere ad cognoscendum ens infinite perfectum: jam alibi hanc difficultatem attigimus, modo autem paucis iterum dicimus, ideas imperfectas eas esse, quae nonnulla tantum attributa repraesentant, jam vero dari possunt ejusmodi ideae entis infiniti, quae aliqua tantum ejus ~~[illegible]~~ attributa exhibeant: namque cum multa concipiantur attributa, quae soli enti infinito competere possunt, cujusmodi sunt existendi necessitas ~~[illegible]~~ omnipotentia, summa intelligentia q. imperfecta igitur entis infiniti idea dari potest, quae quidem ad illud cognoscendum sufficiat. Instantia, et responsio

Si creaturarum perfectiones perfectionibus divinis addas, complexum evadet perfectius: ergo perfectiones divinae infinitae non sunt. Objectio 4ta 36.

Haec tamen nullius sunt roboris, jam enim supra diximus, omnes ~~[illegible]~~ creaturarum perfectiones in Dei modo longe excellentiori inesse, proinde nullo modo fieri potest, ut perfectionum divinarum complexum perfectius evadat. Responsio.

Jam supra diximus essentiam Dei metaphysicam in absoluta ejusdem ad existendum necessitate collocandam esse, in eo quippe reponi debet, quod in Deo primum occurrit, atque attributorum primarium, ex quo cetera omnia tamquam rivuli a fonte derivantur. Talis porro est absoluta existendi necessitas, qua nihil prius excogitari potest, cum ea sit radix, et origo perfectionum omnium, quae in Deo sunt. Hinc magnificae illae voces Scholion

tum

tum Dei ad Moysen: Ego sum, qui sum. tum Moysis ad Israelitas: Qui est misit me ad vos. Quem in locum sic egregie notat Divus Augustinus. Non dixit, ne dicas filiis Israel, qui est omnipotens, justus, misericors misit me ad vos: sed sublatis aliis nominibus, quum esse vocari voluit, tanquam hoc sit proprium nomen ejus essentiam significans. Quod si de essentia Dei physica sermo instituatur, ea per collectionem omnium proprietatum, per quas Deus est verus Deus constituitur. Quoniam vero, ut supra dictum est, attributa Dei alia sunt absoluta, et alia relativa, illud est advertendum, per sola attributa Dei absoluta, et relativa realia [illegible] Dei ipsius physicam essentiam constitui; non autem per attributa relativa personalia (eorum de rebus his fusius agere ad Theologos pertinet. [illegible])

[illegible] Caput 19.

De immensitate, aeternitate, immutabilitate, et omnipotentia Dei.

Quid immensitas? 37. Immensitatis nomine intelligitur attributum illud, quo Deus rebus omnibus adesse absque ulla limitatione praesens esse concipitur. Ex philosophis alii docent Deum ubique praesentem esse ratione potentiae, qua operationis, et virtutis suae, quae omnia gubernat, ejusque potestati subduntur: alii ratione scientiae, qua nihil non omnia novit. alii denique existimant immensitatem attributum esse tum a scientia, tum ab omnipotentia distinctum, atque ideo Deum esse immensum ratione substantiae, quae omnia pervadit, et penetrat, usque intime praesens est. Nos postremam sententiam [illegible]

Propositio prima

38 Deus ita immensus est, ut non modo ratione omnipotentiae, et scientiae; sed ratione etiam substantiae suae

omnibus, ac locis intime praesens sit.

Prob. primo. Deus est infinite perfectus; ut capite antecedenti ostensum est. ergo quidquid perfectius est, id eidem tribui debet. atqui perfectius est non modo omnipotentia, et scientia, sed substantia etiam ubique praesentem esse, neque ullis locorum limitibus circumscribi. ergo Deus ita immensus est, ut non modo ratione omnipotentiae, et scientiae; sed ratione etiam substantiae rebus omnibus, ac locis intime praesens sit

Prob. 2do Deus est ens absolute necessarium. sed ens ejusmodi rebus omnibus, ac locis intime praesens esse debet. ergo &. Min. prob. Si ens absolute necessarium rebus omnibus, ac locis intime praesens non esset, sed in definito quodam loco duntaxat existeret, id vel necessario, vel contingenter existeret, sed neutrum convenire potest. ergo &. Min. prob. Dici imprimis non potest ens ejusmodi in uno duntaxat loco existere necessario; quae enim ratio sufficiens fingi potest, cur Deus loco ex. gr. A. potius quam loco B. sit, ipsa natura necessitante? Sed neque alterum dici potest contingenter nimirum in uno loco existere, quia locum mutare posset, proindeque immutabilis non esset, quod ~~est~~ absurdum. Accedit, quod essentia divina a suis operationibus, et attributis non distinguatur: sed Deus adversariis ipsis fatentibus per suam omnipotentiam, et scientiam ubique praesens adest. ergo etiam per suam substantiam. Jam operatio ipsa ab ejus omnipotentia sejungi non potest; siquidem per eam Deus operatur; sed omnipotentia Dei ab ejus substantia divelli nequit, nullibi enim omnipotentia Dei est sine Deo vel Deus sine omnipotentia, ergo &. Hinc merito Apostolus Act. 17 v. 28. in ipso, inquit, vivimus, movemur, et sumus. Et S. Augustinus. sic est Deus, inquit, per cuncta diffusus, ut non sit qualitas ... sed substantia creatrix mundi sine labore regens, et sine onere continens mundum . . . . per totum totus, in caelo totus, in terra

continens, et nullo contentus loco; sed in seipso ubique totus.

Quin imo ipsi quoque veteres hanc Deo immensitatem magna consen-
sione tribuerunt, quemadmodum ex Homero, Virgilio, Cicerone, aliisque pa-
tet. Hoc est mens, quam canit Virgilius Georg. 4. cum ait: Deum namque
ire per omnes terrasque, tractusque maris, caelumque profundum. Balbus
vero apud Tullium: an vero, inquit, si domum magnam pulchramque vi-
deris, non possis induci, ut etiamsi dominum non videas, muribus illam
aedificatam putes, non plane tantum vero ornatum mundi [illegible]
ac non Deorum immortalium domicilium putes, non plane desipere
videare? lib. 2. de nat. Deor. Sic ut caeteros omittam [illegible]. Diis plena
sunt omnia. Et denique Plotinus constat apud omnes, qui de Diis aliquid
cogitant, Deos ubique praesentes adesse: ergo etc.

Coroll. Sed loco existere est obtinere quendam existendi modum localem, cum er-
go id genus mutabiles existendi modi Deo convenire non possint, Deus neque
in loco ~~[illegible]~~ non existit, nec ipse sibi locus est. Deus ergo [illegible] dici non
potest. Unde etiam monet divus Augustinus epist. 57. Ne quasi spatiosa
magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut aer, et lux [illegible]
diffunditur. [illegible]

Objectio prima 39. Qui propriam sedem habet in caelo, non est ubique. atqui Deus propriam
sedem habet in caelo: ergo etc. Min. prob. ex Scripturis, et quidem apud Isaiam
c. 66 v. 1 Caelum sedes mea. Psalmo 10 Dominus in caelo sedes ejus. Et Psalmo
113 Caelum caeli Domino, terram autem dedit filiis hominum: ergo etc.

Responsio. Distinguo maj. Qui propriam sedem habet in caelo, ~~non est ubique~~ exclu-
sis aliis locis non est ubique, conc. non exclusis aliis locis, nego maj. Sic
distincta min. nego conseq. Deus itaque speciali quodam modo [illegible] in cae-
lo sedem habere dicitur in Scripturis, quia ibi potentiae suae divitias magnifi-
cen-

centius explicat; verum non idcirco Deus a caeteris locis abest. Innumera
enim sunt Scripturae loca, ex quibus apparet Deum ubique praesentem esse.
Jeremiae enim c. 23 v. 24: numquid non caelum, et terram ego impleo,
inquit Dominus? Et Psalmo 138 nonne haec legimus? Quo ibo a spiritu tuo, et
quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero
in infernum, ~~[illegible]~~ ades; si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero ~~[illegible]~~
in extremis maris: illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera
~~[illegible]~~ tua. Loca igitur scripturae, quae opposita sunt, contrarium docere non
possunt. Quod spectat ad verba illa Caelum caeli Domino; terram autem de-
illud unum vult Psalmista, quod cum Deus dividendae inter Judaeos ter-
rae Moysi et Josue potestatem fecisset, caelestis gloriae largiendae jus sibi re-
servare voluerit.

Quod si quis instet, passim in sacris litteris legi, Deum de caelo descendisse, in praesentia, ut re-
ex. gr. ut videret civitatem, et turrim, ac justos venire, a peccatoribus — sponsio
Sodomorum quae quidem cum Dei immensitate componi non posse viden-
tur. Huic respondet imprimis S. Augustinus inquiens: Descendere dicitur
Deus, quando curam humanae fragilitatis habere dignatur. Quare
metaphorice haec sunt accipienda, pro novo indicant quodam, et peculia-
ri divinae praesentiae, et operationis modo, quatenus scilicet alicubi pe-
culiaris quaedam fit divinitatis illius manifestatio. Quod autem spectat
ad discrimen, quo Deus justos inter et peccatores est, illud non a divinae
totius praesentia, sed ab inhabitationis gratia repeti debet. Fatendum enim
est ut habet Augustinus, ubique esse Deum per divinitatis praesentiam, sed
non per inhabitationis gratiam.

Dum ratione nec obstante ubique praesens esse non potest, quia adest a- Objectio 2da.
stans in locis maxime sordidis, et in peccatoribus flagitiosissimis. Ad haec dici- 40.
mus

sua majestate prorsus indignum est. ergo &c.

Respondeo. Nego min. Si enim radii solares ex sua puritate nihil amittunt, etiam cum foedissima loca pervadunt, atque collustrant; si anima quamvis leproso corpori conjuncta nullo modo inficitur; cur non Deus etiam, qui spiritus est, in locis sordidis, et flagitiosis hominibus praesens esse poterit, quin quidquam sordium inde contrahat? Hanc ipsam responsionem exhibet S. Macarius Homil. 4. Quandoquidem, inquit, sol, qui creatum sit, lutulenta loca sua luce perfundit, neque quidquam laeditur; multo magis divinum Numen ita cum Satana versari, ut neque commaculetur, neque labis aliquid inde concipiat.

Scholion 1mum. Nonnulli Dei immensitatem ab ejus omnipraesentia discriminant. Ajunt nempe immensitatem esse illam aptitudinem, vel exigentiam, qua Deus vi essentiae determinatur, ut rebus omnibus quoad ipsam eorum substantiam intime praesens sit. Atque in sententia immensitas est ad omnipraesentiam, ut actus primus ad actum secundum. Illa nimirum complectitur vim existendi in rebus omnibus abstrahendo ab actuali rerum creatarum coexistentia. Haec praeter illam essentialem determinationem, simul rerum creatarum coexistentiam includit. Inde vero haec profluunt corollaria. 1mo immensitatem esse attributum Dei internum, necessarium, ipsique a tota aeternitate antequam res ulla crearetur, competens, non secus, ac aeternitatem, et omnipotentiam: actu vero rebus omnibus adesse praesentiam esse denominationem et praedicatum Deo contingens liberum, et post rerum creationem ipsi advenisse. 2do Deum actu, et proprie non existere in spatiis imaginariis extra mundum, cum nequeat nihilo coexistere. Sed tamen quoniam spatia illa ut possibilitates locandorum sine limite corporum a nobis concipiuntur, dici potest, Deum pro-

pro:

potentia in spatiis imaginariis infinitis existere; quod aliud non significat, quam posse Deum extra Mundum nova corpora sine numero in infinitum producere, quibus omnibus ut jam existerent, absque ulla sui mutatione intime praesens foret. Ubi enim spatium reale necessario finitum sit, vere tamen dici non posse Deum in spatiis extra infinitis existere; sed rectius, Deum existere in seipso, sive in sua immensitate, quae nullo finito rerum creatarum spatio concludi potest. Quemadmodum scilicet Deus in sua aeternitate ante omne tempus reale extitit; ita vere in sua immensitate ante omne spatium reale conditum extitit, et extra illud postea conditum extitit.

Si quaeras denique quo pacto Deus sit immensus simul, et simplex; vide Scholion adnum plurimum nec nuper re tum Philosophos, tum Theologos latinos. Thomistae Docuerunt, Deum non esse quidem instar corporis extensum; ita ut per unam sui partem uni loco, per alteram alteri loco responderet; sed virtualiter extensum esse, quia licet simplicissimus sit, aequivalet tamen pluribus rebus distinctis, et diversis in locis positis. Scholastici existimarunt Deum esse immensum ratione ~~immensitatis et~~ extensionis cujusdam incorporeae, quam spiritibus propriam esse volebant, quaeque sit locus in quo corpora recipiuntur. Nos neutri harum sententiarum subscribimus, atque hac in re satius nobis est mentis nostrae ignorantiam confiteri. Illud unum cum S. Augustino iterum monemus. Quod dicitur Deus ubique diffusus, carnali resistendum est cogitationi, et mens a corporis sensibus avocanda, ne quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi.... ut in dimidio ~~...~~ mundi corpore sit dimidius, atque ita per totum corpus; ~~totus~~ sed in solo caelo totus, et in sola terra totus, et in caelo, et in terra totus, et nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus.

Quid

Quid aeternitas? Aeternitas, ut in Ontologia dictum est, est duratio, quae nec initium
41. non habuit, nec finem est habitura.

Propositio 7a. Deus est aeternus.

42. Prob. Deus est ens necessarium, ut constat ex dictis, sed ens necessarium est aeternum, sive nec initium habuit, nec finem est habiturum. ergo q. Min. prob. Et primo quidem nullum habuit initium. si quod enim habuisset, aliquando non extitisset. sed absurdum est ens necessarium aliquando non extitisse, a quo enim existentiam accepisset? Non a seipso, quia nemo potest esse causa sui ipsius; non ab alio, quia tunc non foret ens necessarium, sed contingens. ergo initium non habuit, neque finem unquam est habiturum. Ad hoc enim requireretur, ut res ipsi aliquando existentia deesset; sed hoc impossibile prorsus est, cum nulla res attributo suo essentiali spoliari possit. porro existentia enti necessario essentialis est, atque in ipsius idea continetur; si quod enim temporis punctum concipi posset, quo non existeret, jam amplius necessarium non esset. ens igitur necessarium sua existentia expoliari non potest, proindeque cum nec initium existendi habuerit, aeternum est.

Corol. In Deo igitur nihil praeteriti, nihil futuri fingi potest; denominationes enim praeteriti, et futuri respectu creatis duntaxat rebus inter se comparatis conveniunt. Unde sic Deum alloquitur S. Augustinus l. 11 Confess. c. 10. Praecedis, inquit, omnia praeterita celsitudine semper praesentis aeternitatis, et superas omnia futura, quia illa futura sunt, et cum venerint praeterita erunt; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficiunt.

Scholion. Sed quamvis in agnoscenda Numinis aeternitate asserenda consentiant Philosophi, et Theologi Christiani, tantum in explicanda ipsius natura dissentiunt. Alii scilicet aeternitatem successivam esse contendunt, successio-
nam

~~[illegible]~~ non constituentes generationem, a perpetuo quodam fluxu partium temporis sibi succedentium. Thomistae autem a Deo successionem omnem excludunt, statuuntque proinde aeternitatem Dei esse totam simul, et velut punctum simplicissimum, omnia tempora complectens. Hinc celeberrimam defendunt Boetii definitionem, a quo aeternitas dicitur ~~[illegible]~~ interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio. Nos Thomistis ~~[illegible]~~ adhaeremus, et statuimus.

Aeternitas Dei successiva non est. [illegible]

Prob. primo. Deus est ens necessario existens: sed ens necessario existens omnem durationis successionem excludit. ergo q. Ma. prob. Ens necessario existens existentiam habet perseverantem; sed existentia perseverans omnem durationis successionem excludit: ergo q. Min. prob. Existentia semper eadem remanens non conflatur ex multis existentiis sibi succedentibus: ergo q. Ant. inde patet, quod existentia semper eadem remanens sit res ipsa existens, quare si pluribus existentiis constaret, sequeretur Deum sibi succedere, Deum esse ante, et post seipsum, quod ridiculum est. 8. Propositio ista 43.

Prob. 2do. Aeternitas est perfectio Deo essentialis. ergo successiva esse non potest, proindeque eam Deus totam, et integram possideat necesse est. [illegible], quod si quaedam Dei perfectio successionem admitteret, vel pars quaelibet perfectionem hanc constitueret vel partium omnium sibi succedentium aggregatio, sed neutrum dici potest; non primum, si enim perfectio Deo essentialis in aliqua successionis parte sit posita, cum pars quaelibet successiva modo praesens sit, modo praeterita, modo futura, tum perfectio Deo essentialis ~~[illegible]~~ modo praesens, modo praeterita, modo futura dicenda esset, quod est absurdum.

Deum. Non aliud, quia perfectio Dei essentialis in tota partium sibi succedentium collectione constituetur, inde consequens est, Deum parte tam aeternitatem perfectione essentiali carere. Dei ergo aeternitas successiva esse non potest.

Prob. tertio. Si Dei aeternitas ita successiva statuatur, ut in ea variae sint temporis ~~partes~~ partes, quae aliae post alias fluant, inde sequitur, ~~infini~~ infinita numero saecula ad hunc usque diem effluxisse: id vero absurdum est, saecula enim ad diem hodiernum nunquam pervenissent: ergo &c. Et sane ea est infiniti natura, ut exhauriri nunquam possit.

Confirmatur. Hanc eandem sententiam olim Platonem ipsum ~~defen~~ defendisse ex illius verbis aperte colligitur. Erat, inquit, est, et erit partes sunt temporis, et male transferuntur ad naturam aeternam. Huic est tantum competit, erat vero et erit pertinent solummodo ad nos in tempora fluentes; sunt enim motiones. Illa semper immutabilis natura, nec senior, nec junior ullo modo esse potest. Sed opportune advenit hanc Augustinus etiam serm. 2. in Psal. 101 Ibi nihil est praeteritum, quasi non sit, nihil est futurum, quasi nondum sit; sed non est ibi nisi est; non est ibi fuit, et erit; quia et quod fuit jam non est, et quod erit nondum est; sed quidquid ibi est, non nisi est.

Corol. Aeternitas quam usque modo Deo tribuimus, ita Deo propria est, ut nulli creaturae convenire possit. Omnis enim creatura est effectus creationis; effectus creationis educitur e nihilo; quod e nihilo educitur aliquando fuit in nihilo; quod fuit in nihilo non semper extitit; quod non semper extitit, aeternum esse non potest. Nulla ergo creatura aeterna esse potest. Atque hoc sensu solus Deus habet immortalitatem inquit Apostolus. Immortalitatem autem Deus habere dicitur solus inquit Augustinus, quia

est

est immutabilis solus.

Si aeternitas Dei successiva non est, sed simplex, tunc qualibet crea- Objectio prima.
tura aeterna est, cum toti aeternitati respondeat: hoc est absurdum: ergo. 44.

Nego maj. Ex eo, quod aeternitas Dei simplex, et partium ac successio- Responsio.
num expers statuatur, nemo qui sanus sit, concludere potest creaturā
quamlibet aeternam esse: ut enim creatura [illegible] aeterna esse possit, re-
quireretur, ut aeternitati Dei semper coexisteret. Jam vero quis dixerit,
creaturam aliquam toti Dei aeternitati coexistere?

Si Dei aeternitas successionem omnem excluderet, nihil ratione aeter- Objectio 2da.
nitatis esset revera praeteritum, aut futurum; sed hoc repugnat. ergo. 45.
Praeterea si aeternitas Dei non est successiva, erit unicum instans; nunc
vero autem absurdum est, aeternam Dei durationem non nisi unicum in-
stans esse: ergo. [illegible]

Ad primam distinguo maj. Si Dei aeternitas nihil ratione aeternitatis prae- Responsio
teritum, aut futurum esset, sive quoad durationi divinae internum,
con. durationi divinae externum, nego maj. et sic distincta min. ne-
go consequentiam. Nihil durationi divinae internum potest esse praeteritum,
vel futurum, ut inquit [illegible]. Cum enim duratio divina sit
ipsa Dei existentia immutabiliter perseverans, inde nihil nisi ipsa Dei exi-
stentia, internum est; quae quidem Dei existentia nec praeterita, nec
futura dici potest. Hoc tamen non impedit, quominus res Deo externae
aliae praeteritae sint, aliae futurae. Illud enim etiam respectu Dei praeteri-
tum est, quod Deo existente desiit existere, illud futurum, quod Deo exi-
stente non existit, sed aliquando extiturum est.

Ad secundam quod attinet, respondemus aeternam Dei durationem
minime unicum instans esse, licet successiva non sit. Cum enim aeter-

na Dei duratio sit ipsa existentia Dei, eadem constanter permanens, nullique mutationi obnoxia; hujusmodi existentia profecto unicum instans dici non potest. Per unicum enim instans aliquid ita fugax, et indubitate significamus, ut cum illud apprehendere conamur, jam evanuerit.

Objectio tertia. 46.

In aeternitate Dei plura sunt momenta inter se distincta: ergo illa aeternitas est successiva. Ant. prob. Si in aeternitate Dei plura momenta non forent Deus aeternum de mundo condendo decretum ad hoc potius quam ad illud momentum referre non potuisset, proindeque mundus ab aeterno necessario creari debuisset: hoc falsum est: ergo &c.

Responsio.

Distinguo ant. In aeternitate Dei plura sunt momenta in potentia, con. actu nego ant. et conseq.^m Distincti enim in Deo ante mundi creationem non fuit, actu, et ipsa aliquis locus externus, et verum spatium, sed sola potentia creandi + quorum alia aliis succederent. Momenta autem utpote initium, continuatio, aut finis durationis ante mundi creationem actu non fuerunt. Hinc negandum Deum ante mundi creationem non potuisse decretum de mundo condendo ad hoc potius quam ad illud momentum referre; sed non ideo mundum ab aeterno creari debuit; mundus enim ab aeterno creari non potuit, ut postea videbimus, et etiamsi potuisset, Deus tamen illum ab aeternitate creandum sera libere determinare potuit. Sic etiam mundum in extensione finita creavit, quamvis in vacuo nullae fuerint verae partes, in quarum altera mundus collocari potuisset potius quam in aliis

+ mundi corpora essen [illegible] ta nullia rerum [illegible] duratio [illegible] essent in Deo nisi solum potentia creandi res,

Instantia

Etiamsi mundus ab aeterno esse non potuerit, Deus tamen potuit illum creare prius quam creavit atqui si potuit creare priusquam creavit, ante mundi creationem sunt partes prius, et posterius atque adeo temporis et successivae durationis partes: ergo &c. Major

inde

inde patet, quod Deus semper habuerit liberam et expeditam mundi crean-
di potentiam, quotiescunque eadem libuerit.

Con. maj. distinguo min. Ante mundi creationem erat prius, et poste- Responsio.
potentia
rius, con. actu nego min.; et sub hac distinctione con. et nego consequentiam. Licet
itaque Deus res creare possit, quatenus aliae aliis succedant, ipsa tamen
nullam ~~habet~~ habet in se successionem rerum. Ante mundi creatio-
nem potentia tantum fuit tempus, ut rerum successio, non actu. Hoc porro
in mundi creatione incepit, proprius vero in quadam mundi duratione
existit. Quare cum voces illas usurpamus, mille annos, bis mille, ter
mille &c. ante mundi creationem, vocis imaginariis abutimur, nobisque
fingimus cursus, et periodos, quae praecesserint antequam fuerint, perinde ac
cum diceremus exceptis ac ablatis omnibus corporibus inter parietes cubi-
culi decem palmorum distantiam manere, ponentes scilicet omnia corpo-
ra contracta facie, et simul decem palmos manere substituentes.

Ex his omnibus facile videre aeternitatem Dei maximam cum illius im- Scholion.
mensitate analogiam habere. Sicut enim immensitas in se spectata
attributum est Deo penitus internum, ita aeternitas quoque in ipso i-
nest, absque ulla ad aliorum entium existentiam relatione. Jam vero sicuti
Deus immensitatis ratione omni loco reali necessario praesens est, ita quoque
ratione aeternitatis omni tempori reali necessario coexistit. Ita porro coexistentia
omni tempori reali ab aeternitate est distinguenda, sicuti omnipraesentia ab
immensitate distinguitur. Et sicut denique ad immensitatem non per-
tinet in spatiis actu infinitis existere; ita nec ad aeternitatem spectat, ut Deus
actu tempori reali infinito coexistere debeat.

Ad perfectam immutabilitatem tria requiruntur: scilicet ut ens ejusmo- Quae immutabilitatis
di immutabilitate praeditum immutabile sit ratione existentiae, ratione notio?

per-

47. perfectionum, et deinde quoad rationem consilii. Jam vero Deum ratione ex-
sistentiae immutabilem esse, ex inde colligitur, quod Deus ex necessitate
suae naturae existat. Quod autem immutabilis sit ratione consilii, inferius
ostendemus, ubi de voluntate Dei sermonem instituemus. Praecise modo Deum
ratione perfectionum immutabilem esse probabimus.

9. Propositio 9na.

48. Deus ratione perfectionum ita immutabilis est, ut nul-
las unquam [illegible] acquirere, nullasque amittere possit.

Prob. Deus semper, et ex sua natura est summe perfectus ut capi-
te antecedenti probatum est; atqui si vel novas perfectiones acqui-
reret, aut jam habitas amitteret, neque semper neque ex
sua natura summe perfectus esset. ergo ita immutabilis est perfe-
ctionum ratione, ut etc. Et sane omne, quod mutatur, ut inquit Sal-
lustius l. de Diis, et mundo, vel in melius vel in deterius mutatur.
Si in deterius, fit pejus; si in melius, jam antea malum erat. Constat
porro nihil horum in Deo locum habere posse, cum Deus sem-
per, et ex naturae necessitate perfectiones omnes habuerit.

Coroll. Hinc nulli admitti possunt in Deo modi proprii, cum enim isti natura
quaedam mutabiles, et simul interni, jam in ipso Deo muta-
[illegible] inferrent. [illegible]

Quid omnipotentia? Omnipotentia est illa vis, qua omne id quod aptum est existe-

49. re ad existentiam perduci potest. Ut hanc porro omnipotentiam Deo
convenire ostendamus, sic statuimus

10. Propositio 10ma

Deus est omnipotens.

50. Prob. primo Deus complectitur perfectiones absolute omnes.
atqui omnipotentia est perfectio. ergo etc. Min. prob. Omnipotentia
ut illam definivimus, est vis illa, qua omne quod aptum est existere

ad

ad existentiam perduci potest. sed haec est vera perfectio ut cuique patet: ergo.

Prob. 2do. Deus mundum hunc de nihilo condidit: ergo habet potentiam creandi res, quae nunquam fuerunt, sed haec potentia in illo absque ullis terminis esse debet: ergo immensa sit oportet, proindeque Deus est omnipotens.

Confirmatur. Ipsi veteres solius naturalis rationis ductu agnoverunt Deum omnipotentem esse debere. Non dico, inquit Augustinus, da mihi ~~Christ~~ Christianum, da mihi Judaeum, sed da mihi Paganum, idolorum cultorem, hominem rusticum, qui non dicat Deum esse omnipotentem. Negare Christum potest; negare omnipotentem Deum non potest. Unum etiam audiamus Virgilium, cui nomen Patris Omnipotentis fuit admodum familiare, sic igitur canit l. Aeneid. 10.

Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
Infit: eo dicente deum domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether;
Tum zephyri posuere, premit placida aequora pontus.

Similiter vero ad Deos minores rationem:

Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum [illegible]

Si Deus esset omnipotens, posset etiam facta infecta facere, vel contradictoria efficere, quae pugnantia sunt, utrumque enim rerum impossibilitas nullum divinae omnipotentiae obstaculum opponere posse videtur; sed Deus haec praestare non potest. ergo. Objectio 51.

Nego maj. et respondeo nullam proinde esse Theodori Bezae argumentationem, qui Deum omnipotentem esse inficiatur, quod facta infecta reddere, aut pugnantia efficere nequeat. Haec vero efficacitas omnipotentiae non tribui debet et ea quae manifeste impossibilia sunt, facere forte tamen haec talis potentia simul omnipotentia, cum quod absolute repugnat, fieri non Responsio

repugnans negeat. Atqui si quod absolute repugnat ad existentiam perduceretur, existeret, et simul non existeret, proindeque Deus etiam ageret, et non ageret: cujusmodi actio cum absurda omnino sit, enti infinite perfecto convenire posse non debet. In hisce quidem rerum impossibilitas cum nihil reipsa sit, et pure negativo objectivorum et positivum obstaculum Deo non objicit, sed negationem denotat, potentiae nempe non est objectum, ad quod vero potentia terminari possit. Hinc vides aberrationem Cartesii, qui ad divinam omnipotentiam, quam caeteroquin admittebat, pertinere putabat et repugnantia quoque facere posse. Quare cum Sancto Thoma concludimus: Convenientius dicitur, quod ea (nimirum quae repugnantia continent) non possunt fieri, quam quod Deus non possit facere.

Scholion. Ex eo tamen, quod nos non advertamus, quanam ratione possit a Deo quidpiam fieri, non illico sequitur, id repugnantia in se continere. Quis enim ex. gr. planius viderat, ea providere, quanam ratione mundus hic ex nihilo condi potuerit? Quare temerarius esset, qui hoc, aut simili modo ratiocinaretur, nos non concipimus, quomodo possit a Deo hoc, aut illud effici. Dicendum ergo est, id ab eo effici nequaquam posse, sed illud etiam hic est advertendum, ad divinam omnipotentiam neque illud pertinere, ut possit efficere numerum actu infinitum individuorum alicujus speciei, ex. gr. hominum. Hominum enim possibilium ~~numerus~~ numerus nunquam exhauriri potest, et utcumque magnus sit existentium numerus, remanent semper, qui ad existentiam reduci possint. Accedit, quod Dei omnipotentia natura sua inexhausta sit, ita ut nunquam Deus Deus id omne operatus sit, quod operari potest. Neque vero omnipotentia divina, divini attributum finitum evadit: Deus enim, dico est infinite

po:

poterit, quia nullum est ens finitum quacunque finita perfectione prae-
ditum, cui Deus existentiam tribuere nequeat et quia nullus est nume-
rus existentium adeo magnus, quo Deus majorem adhuc efficere non pos-
sit. Sed jam ad alia gradum faciamus.

in percipiendi; ejusmodi ex. gr. est facultas quam oculus habet obje-
cta repraesentandi. Potentia obedientialis est facultas, quam ens au-
xilio sibi divinitus impertito accipit, aliquid faciendi, aut in se recipi-
endi; quod quidem facultatem suam naturalem excedit; ejusmodi est fa-
cultas, qua intellectus ex. gr. supernaturali lumine elevatur ad veritates
percipiendas, quas naturaliter cognoscere non posset. Cum porro obedien-
tialis potentia nihil aliud sit, quam extensio, perfectio et nova natura-
lis potentiae applicatio, inde fit, ut ambas re ipsa unum esse. Neque vero per
elevationem potentiae naturalis ad effectus naturam excedentes, primitiva
haec natura destruitur; elevatio enim nihil aliud agit, nisi primitivam natu-
ram perfectiori modo exornat. Licet autem natura humana elevari pos-
sit ad finem supernaturalem habendum, atque ad actus supernaturales ponen-
dos, ex. gr. ad aeternam, et immutabilem felicitatem obtinendam, ad eas intelle-
ctus demonstrationes, et voluntatis motiones, quas sibi relicta habere non pos-
set: nunquam tamen elevari poterit neque ad eos effectus, qui nullam cum
natura relationem habent, neque ad eos actus, qui omnino contra naturam sunt:
quare humana potentia nunquam elevabitur adeo, ut auribus videat, neque
ut aliquid ex nihilo educat; primus enim effectus nullam cum natura rela-
tionem habet, alter est omnino contra naturam.